Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-508922-p0001-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-508922-p0002-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-508922-p0003-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-508922-p0004-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-508922-p0005-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-508922-p0006-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-508922-p0007-7

Contenta

1.) Studium Sapientiae
2) praejud. Christianis̈ς μανοντα
3) Hamartigenea ex Rom. 5. 12–14.
4) Pelagianismus.
5) Illuminatio.
6) pulchrum in Theol.
7) Lectiones curiosae.
8) Gen. 1. 26.
9) Novitianium.
10) Dav. crudelitas mitigata.
11) Sinceritas S. S. V. T.
10) Joh. 9. 29. p. 1–288.
11.) 1 Cor 2. 2.
12) Deo Triuno.
13) Haeresis.
14) Contritio salutaris
15) Math 19. 28–30.
16) Es. 58.
17) Col. 2. 18.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-508922-p0008-3

11

בש״ש

קידוש החודש

SEU

NOVILUNII INITIATIO,

QUAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. GUILIELMO HENRICO,

DUCE SAXONIÆ, IULIÆ, CLIVIÆ AC MONTIUM, ANGARIÆ ITEM ET GUESTPHALIÆ, RELIQUA,

ad mentem Talmudistarum,

pro

Festis Judæorum determinandis, parandôque ipsorum Calendario,

è

R. MOSE MAJMONIDE,

speciminis loco transtulit,

&,

PRÆSIDE

IOHANNE ANDREA DANZIO,

SACRARUM AC RELIQUARUM LINGUARUM ORIENTALIUM PROFESSORE PUBL. ORDINARIO, AC FACULTATIS PHILOSOPHICÆ SENIORE GRAVISSIMO,

Dn. Præceptore, ac Hospite suo submissè colendo,

publicæ eruditorum ventilationi

submittit

AUTOR RESPONDENS

HENNINGUS BERNHARDUS UUITTER,

HILDESIENSIS SAXO.

Ad diem 21. Iulii, Anni 1703.

In Auditorio Majori.

IENÆ, SUMTIBUS BIELCKIANIS,

Literis NISIANIS, Imprim. HEIN. BEYER.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-508922-p0009-1

CLARISSIMO ATQUE HUMANISSIMO

DN. HENNINGO BERNHARDO WITTER

SS. Theol. ac Phil. Cultori Strenuo,
Disputationis Autori

S. D. P.

IOH. ANDR. DANZ, P. P.

DOctrinam de *tempore* dignam fore, quam Theologiæ mancipati tractent; omnium gentium, omniumque ætatum monumenta evincunt. ÆGYPTIOS cuncti celebrant, quod *certum anni modum*, si non *semper & soli* [a], *primi* [b]

(a) Macrobius Saturnal. lib. 1. c. 12. (b) Herodotus lib. 2. c. 4. Lucianus tom. 1. Oper. Astrolog. p. 849. Diodor. Sic. lib. 1. p. 33.

saltem habuerint At penes hos *Sacerdotes* sive Hierophantæ istius rei sustinebant curam. Quicquid Diodorus Siculus [c] Thebanis in anno dimetiendo attribuit; illud istorum *Sacerdotibus* adscribit Strabo [d], & cum eo JCtus ille Neapolitanus [e]. Quæ Herodotus Memphi, Thebis, atque Heliopoli de recta anni mensura perceperat [f]; id ex *Sacerdotibus* didicisse asserit [g]. *Sacerdotum* erat, vi antiquæ constitutionis [h], astronomiam exercere cum Phi-

---

32. B. (A. 46.). (c) l. c. οἱ Θηβαῖοι φασὶν ἑαυτοὺς ἀρχαιοτάτους εἶναι πάντων ἀνθρώπων, καὶ παρ᾽ ἑαυτοῖς πρώτοις φιλοσοφίαν τε εὑρῆσθαι, καὶ τὴν ἐπ᾽ ἀκριβὲς ἀστρολογίαν. ἅμα καὶ τῆς χώρας αὐτοῖς συνεργούσης, πρὸς τὸ τηλαυγέστερον ὁρᾶν τὰς ἐπιτολάς τε καὶ δύσεις τῶν ἄστρων. Ἰδίως δὲ καὶ τὰ περὶ τοὺς μῆνας αὐτοῖς, καὶ τοὺς ἐνιαυτοὺς διατετάχθαι. Τὰς γὰρ ἡμέρας οὐκ ἄγουσι κατὰ σελήνην, ἀλλὰ κατὰ τὸν ἥλιον, τριακονθημέρους μὲν τιθέμενοι τοὺς μῆνας, πέντε δ᾽ ἡμέρας καὶ τέταρτον τοῖς δώδεκα μησὶν ἐπάγουσι, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τὸν ἐνιαύσιον κύκλον ἀναπληροῦσιν. i. e. *Thebæi vetustissimos omnium mortalium se esse prædicant: apud quos omniumprimos Philosophia & exactior Astrologia sit inventa; adjuvante ipsos terræ situ, ad ortus & occasus siderum illustrius cognoscendum. Modoque peculiari menses & annos apud se ordinatos esse. Nam dies non ad Lunæ, sed Solis motum exigentes, tricenos mensibus dies tribuunt, & post duodecimum quemque mensem, quinque dies cum quadrante intercalant, eoque pacto Circulum annuum absolvunt.* (d) Geograph. lib. XVII. p. 561. Edit. Casaub. 1587. Λέγονται δὲ καὶ ἀστρονόμοι, καὶ φιλόσοφοι ΜΑ'ΛΙΣΤΑ ΟἹ ἐνταῦθα ἹΕΡΕΙ͂Σ. i. e. Thebani *maximè* SACERDOTES *astronomiam philosophiamque exercere dicuntur.* (e) Alexand. ab Alex. Genial. dier. lib. 3. c. 24. p. m. 827. (f) Lib. 2. cap. 4. (g) l. c. c. 3. (h) Strabo l. c. post princip. p. 541. Τριχῇ τὸ πλῆθος διεῖλον. καὶ τοὺς μὲν στρατιώ-

τας

Philoſophia reliqua. *Hi* igitur, juxta verba Geographi[i], *non Lunæ, ſed Solis curſu annos numerabant, triginta dierum duodecim menſibus quinque dies quotannis adjicientes.* Et alibi[k]: *Sacerdotes, cum rerum cœleſtium ſcientia præſtarent, illi ipſi excurrentes diei ac noctis particulas ſuprà CCCLXV dies, ad anni complementum tradiderunt, eo tempore, quo annus adhuc ignorabatur apud Græcos.* Thaletem quidem ferunt apud Laertium[l], inveniſſe annum, quem in

---

τας ἐκάλεσαν, τοὺς δὲ γεωργοὺς, τοὺς δ' ἱερέας. Οἱ δ' ἱερεῖς καὶ φιλοσοφίαν ἤσκουν, καὶ ἀστρονομίαν, ὁμιληταί τε τῶν βασιλέων ἦσαν. i.e. *Multitudinem in tres partes tribuerunt, quarum una militiam, altera agros coleret: tertia ſacerdotum erat. SACERDOTES philoſophiam & aſtronomiam exercebant, & cum Regibus converſabantur:* alibi f. 554. vocat φιλοσόφους ἄνδρας, καὶ ἀστρονομικούς Eadem, quoad rem, habet Diod. Sic. lib. 1. p. 46. D. p. 47. A. B. (A. 66. 67.); niſi quod tertiam claſſem in tres alias, paſtorum ſcil. agricolarum, & opificum, ſubdividat: quæ prolixiora ſunt, quàm ut commodè hîc exhibeantur. (i) l. c. p. 561. ΤΟΥΤΩΝ δ' ἘΣΤΙ καὶ τὸ τὰς ἡμέρας μὴ κατὰ σελήνην ἄγειν, ἀλλὰ κατὰ ἥλιον, τοῖς τριακονθημέροις δώδεκα μησὶν ἐπαγόντων, πέντε ἡμέρας κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαστον. Εἰς δὲ τὴν ἐκπλήρωσιν τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ, ἐπιτρέχοντός μορίου τινὸς τῆς ἡμέρας, περίοδόν τινα συντιθέασιν ἐξ ὅλων ἡμερῶν, καὶ ὅλων ἐνιαυτῶν τοσούτων ὅσα μόρια τὰ ἐπιτρέχοντα συνελθόντα ποιεῖ ἡμέραν. i.e. —— *Ad totius verò anni complementum cum quædam diei particulæ excurrant, circuitionem quandam componunt è totis diebus, totisque annis; quot particulæ excurrentes & coëuntes diem conficiunt.* (k) l. c. p. 554. οὗτοι (ἱερεῖς κράτιστοι ὄντες κατὰ τὴν ἐπιστήμην τῶν οὐρανίων,) τὰ ἐπιτρέχοντα τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς μόρια, ταῖς τριακοσίαις ἑξήκοντα πέντε ἡμέραις εἰς τὴν ἐκπλήρωσιν τοῦ ἐνιαυσίου χρόνου παρέδοσαν. ἠγνοεῖτο τέως ὁ ἐνιαυτὸς παρὰ τοῖς Ἕλλησιν. (l) In vita Thalet. num. 27. τάς τε ὥρας τοῦ

CCCLXV dies diviserit, ejusque IV cardines: sed proximè subjungit [m], ipsum nullo alio usum Præceptore, nisi quod in Ægyptum profectus, *Sacerdotibus* adhæserit familiariter. A *Sacerdotibus* quoque idem hausisse dicuntur [n] Plato & Eudoxus, & quotquot deinceps apud Græcos astrologiam tradidêre omnes [o]. Ipsa figura, quâ annum dracone curvo in se flexo, suamque caudam mordente [p], effinxére Ægyptii, spirat aliquid Hieroglyphici. Eandem doctrinam excolebant *Magi*. Zoroastris hi erant sectatores [q]: qui mundi principia siderumque motus

---

ἐνιαυτοῦ, φασὶν αὐτὸν εὑρεῖν, καὶ εἰς τριακοσίας ἑξήκοντα πέντε ἡμέρας διελεῖν. (m) l. c. οὐδεὶς αὐτοῦ καθηγήσατο, πλὴν ὅτ' εἰς ΑἼΓΥΠΤΟΝ ἐλθὼν τοῖς ἹΕΡΕΥ͂ΣΙ συνδιέτριψεν. (n) Straboni, l. c. f. 554. ἐκεῖ (ἐν τῇ ἡλιουπόλει) ἐδείκνυντο οἵ τε τῶν ἱερέων οἶκοι, καὶ Πλάτωνος καὶ Εὐδόξου διατριβαί. Συνανέβη γὰρ δὴ τῷ Πλάτωνι ὁ Εὔδοξος δεῦρο, καὶ συνδιέτριψαν τοῖς ἹΕΡΕΥ͂ΣΙΝ ἐκεῖνοι ἐνταῦθα τρισκαίδεκα ἔτη, ὥς εἴρηταί τισι. (o) l. c. quibusdam interjectis: οἱ νεώτεροι ἀστρολόγοι παρέλαβον παρὰ τῶν μεθερμηνευσάντων εἰς τὸ Ἑλληνικὸν τὰ τῶν ἹΕΡΈΩΝ ὑπομνήματα. (p) Servius ad Virg. Æn. lib. V. v. 85. Alex. ab Al. l. c. lib. 3. c. 24. p. 827. (q) Persis dicitur زَرْدُشْت *Zeradascht s. Zerduscht*, vid. Thom. Hyde Relig. vet. Pers. cap. 1. p. 17. & passim. Augustinus C. D. lib. 21. c. 14. de *Zorastre* ait: *magicarum artium fuisse perhibetur inventor.* Plin. lib. 30. N. H. c. 1. de arte Magica: *Sine dubio* inquit, *orta in Perside à Zoroastre, ut inter autores convenit.* Gregor. Abul-Pharai Dynast. V. p. m. 45. *Hoc* inquit, *tempore fuit Zorodasht, Præceptor Sectæ Magorum.* Conf. Orosius lib. 1. c. 4. Agathias de Imper. & Reb. gest.

tus diligentiſſimè ſpectaſſe dicitur Iuſtino [r]. Hyſtaſpes quidam rationes mundani motus & ſiderum ſenſibus *Magorum* infudiſſe creditur; quæ illi cum diſciplinis præſentiendi futura, per ſuam quisque progeniem poſteris ætatibus tradiderint [s]. In pompa Darii Curtio [t] deſcripta, non temere trecenti ſexaginta quinque juvenes *Magos* ſequebantur; ſed, quia diebus totius anni, in quot Perſis quoque eſſet deſcriptus, numero pares erant, illiusque ritè inchoandi cura penes *Magos* foret. Quod in Mithræ Sacris obeundis, ad Circulum Zodiacum ſua intenderint myſteria, Pallas obſervat apud Porphyrium [u]: indicio, calluiſſe eosdem ſiderum curſum. *Artes Mathematicas miſcuisſe ſuis*, Plinius autor eſt [x]. Qui ex Oriente Hieroſolymam veniebant *Magi*, Chriſtum recens natum adoraturi, obſervatione ſtellæ cujusdam inſolitæ incitati fuerant, ad tædia longinqui itineris devoranda [y]. Si non modò ſacrificium nullum [z], ſed ne ulla alia publi-

geſt. Iuſtiniani, lib. II. p. m. 62. C. de eodem Zoroaſtre ἐφ' ὅτῳ δή ἂν ait καὶ ἤνθησε χρόνῳ ὑφηγητὴς αὐτοῖς ἐκεῖνος, καὶ καθηγεμὼν τῆς Μαγικῆς γέγονεν ἁγιστείας. i. e. *quocunque tandem tempore floruerit, autor eis* (Perſis) *& Dux Magicæ religionis extitit.* Vid. Thom. Hyde de Religione Vet. Perſ. cap. 1. p. 16. ſeqq. (r) Lib. 1. cap. 1. fin. (s) Verba ſunt Ammiani Marcell. lib. 23. cap. 6. p. m. 289. (t) Hiſt. Al. M. lib. 3. c. 3. n. 10. (u) De Abſtinentia lib. IV. p. 400. (x) Nat. Hiſt. lib. XXX. cap. 1. p. m. 293. (y) Matth. II. v. 1. 2. (z) Herodotus lib. 1. c. 132. p. m. 57.

blica causa Persis legitima visa fuerit, quæ non à *Mago* confirmata fuerit & stabilita [a]; si Regibus semper à consiliis fuerunt [b], imò præcepta regia præscripserunt ipsis [c]: quomodo temporis Fastorumque digestio aliorum curæ subjici potuit, quàm *Magorum*? quum inde sacræ functiones & civiles, publicæ pariter atque privatæ dependeant omnes. Hi verò MAGI *res divinas*

57. ἄνευ δὴ μάγου οὔ σφι νόμος ἐστὶ θυσίας ποιέεσθαι, i. e. *citra Magum nullum illis fit legitimum sacrificium.* Ammianus Marcell. lib. 23. c.6.p.289. *Piaculum* inquit, *erat, aras adire, vel hostiam contrectare, antequam Magus conceptis precationibus libamenta diffunderet præcursoria.* (a) Agathias Scholast. l. c. lib II. p. m. 65. B. τιμῶσιν αὐτοὺς ἅπαντες καὶ ὑπεράγανται, καὶ τά τε κοινὰ ταῖς τούτων βουλαῖς καὶ προσαγορεύσεσι διατάττεται, καὶ ἰδίᾳ ἑκάστῳ τῶν συμβαλλόντων εἰς δίκην λαγχάνοντι ἐφίστανται διασκοποῦντες τὰ ποιούμενα, καὶ ἐπικρίνοντες, καὶ οὐδὲν ὁτιοῦν παρὰ Πέρσαις δόξειεν ἂν ἔννομόν τε εἶναι καὶ δίκαιον, ὅγε μὴ ὑπὸ Μάγου ἐμπεδωθείη. i. e. *Magi omnes in summo apud eos honore sunt ac veneratione, Publicaque omnia eorum consiliis, prædictionibusque administrantur, & unicuique privatim quæ ad dicam causamque suam pertinent, intentanti, præsunt Magi, qui cognoscant quid agatur, & arbitrium suum interponant: neque quicquam omninò Persis videtur legitimum esse & æquum, quod non à Mago confirmatum stabilitumque fuerit.* (b) Ammianus & Agathias ll. cc. (c) Plato Alcibiadis I. p. m. 441. D. Edit. Marf. Fic. Francof. 1602. ὁ μὲν (σοφώτατος), μαγείαν τε διδάσκει τὴν Ζωροάστρου τοῦ Ὡρομάζου (ἔστι δὲ τοῦτο θεῶν θεραπεία), διδάσκει δὲ καὶ τὰ βασιλικά. i. e. *Sapientissimus Magicam Zoroastri Oromansii filii docet: est autem illa Deorum cultus; atque idem tradit Instituta Regia.*

(d) Por-

nas curabant [d], *Sacerdotumq; fungebantur officio* [e], non solum apud PERSAS, MEDOS atq; PARTHOS; sed &, ex Luciani [f] sententia, apud Bactrios, Chorasmios, Areos, Sacas, & plerasque alias gentes exoticas. Idem *Sacerdotum* munus apud INDOS obiêre *Brachmanes*, ac *Samanæi*, quos Græci Gymnosophistas vocant [g]. Hos verò

** præ-

(d) Porphyrius de abstinentia lib. IV. p. m. 398. Παρά γε μὴν τοῖς Πέρσαις, οἱ περὶ τὸ θεῖον σοφοὶ, καὶ τούτου θεράποντες, ΜΑΓΟΙ μὲν προσαγορεύονται: τοῦτο γὰρ δηλοῖ κατὰ τὴν ἐπιχώριον διάλεκτον ὁ Μάγος. i. e. *Persæ eos, qui circa divina occupantur, MAGOS vocant: quod sua patria lingua idem sonat, quod apud nos Sapientes s. Theologi.* (e) Hesychius p. m. 614. b. τὸν θεοσεβῆ καὶ θεολόγον, καὶ ἱερέα interpretatur, i. e. *pium, & Theologum, ac Sacerdotem.* Apulejus Apolog. p. m. 468. *apud plurimos* inquit, *lego, Persarum lingua MAGUM esse, qui nostrâ Sacerdos.* Idem l. c. *Sacerdotem esse, & ritè nosse atque scire ac callere leges ceremoniarum, fas sacrorum, jus religionum, Persarum lingua dicimus MAGUM esse.* Certè مُغْ Persis *antistitem s. Sacerdotem* denotat, terminatione nominibus dignitatum propriâ, juxta Herodotum lib. 1. c. 139. p. m. 59. in fine additâ. Vid. Castell. Lex. Pers. col. 511. Thom. Hyde l. c. p. 27. & passim. (f) tom. 2. Oper. in Macrob. p. 466. alibi, in fugitivis, p. 595. etiam Chaldæis tribuit. (g) Porphyrius l. c. p. m. 404. sqq. ἐστὶ γένος παρ' αὐτοῖς τὸ τῶν θεοσόφων, οὓς γυμνοσοφιστὰς καλεῖν εἰώθασιν Ἕλληνες. τούτων δὲ δύο αἱρέσεις. ὧν τῆς μὲν Βραχμᾶνες προΐστανται, τῆς δὲ Σαμαναῖοι. ἀλλ' οἱ μὲν Βραχμᾶνες, ἐκ γένους διαδέχονται, ὥσπερ ἱερατείαν, τὴν τοιαύτην θεοσοφίαν: Σαμαναῖοι δὲ λογάδες εἰσίν, κἀκ τῶν βουληθέντων θεοσοφεῖν συμπληρούμενοι. i. e. *Est penes istos* (Indos) *genus quoddam Theologorum, quos Græci Gymnosophistas solent appellare. Horum duæ sunt sectæ, & utriusque sui Antistites, Brachmanes hujus, & Samanæi alterius. Sed Brachmanes à majoribus, velut Sacerdotium per manus traditum,*

Theo-

præter alia, siderum observasse cursum, Fastosque curasse, exinde constat, quod Curtio teste [h], non solum *siderum motus scite spectent*; sed & menses in quinosdenos descripserint dies. A præcelsis Brachmanorum ingeniis didicisse dicitur Hystaspes, in Indiæ secreta fidentius penetrans, quicquid de siderum motu communicavit Magis [i]. Penes BABYLONIOS *Chaldæi* dicebantur [k], qui eum in republ. tenebant ordinem, quem Ægypti Sacerdotes sibi vendicant. Perinde est, sive sectæ nomen dicas, quæ, eodem officio ad posteros derivato, in gentem excreverit

Theologiam hujusmodi recipiunt. Samanæi verò inter suos deliguntur, atque ex volentibus Theologiæ mancipari complentur. Paulò post p. 405. Πάντες Βραχμᾶνες ἑνός εἰσι γένους. ἐξ ἑνὸς γὰρ πατρὸς, καὶ μιᾶς μητρὸς πάντες κατάγουσιν. Σαμαναῖοι δὲ οὐκ εἰσὶ τοῦ γένους αὐτῶν, ἀλλ' ἐκ παντὸς τοῦ τῶν Ἰνδῶν ἔθνους συνειλεγμένοι &c. Conf. Strabo lib. XV. p. 489, sqq. Diodorus Sic. Bibl. lib. 2. p. 88. (A. 125.) Dio Chrysost. Orat. 49. de recusat. magistr. Plin. N. H. l. 6. c. 19. Arrianus lib. 6. c. 3. & Ind. l. 2. c. 12. Steph. de Vrbibus p. m. 181. Suidas in Βραχμᾶνες p. m. 578. Ammianus Marcell. l. 28. c. 1. p. m. 395. & lib. 23. c. 6. p. 288. (h) lib. 8. cap. 9. n. 31. seqq. (i) ap. Ammianum Marcell. lib. 23. c. 6. p. m. 288. Hystaspes dicitur Darii Pater: Agathias v. Scholast. l. c. lib. 2. pag. 62. *Persæ* inquit, *hujus ætatis, sub Hystaspe, simpliciter tamen citraque ullam adjectionem, vixisse ajunt; adeò ut valdè ambigatur, neque certò sciri possit, an Darii pater, an alius quispiam hic Hystaspes fuerit.* (k) Diodor. Sicul. Bibliothec. histor. lib. 2. p. 81. D. (A. 115.) Χαλδαῖοι τῶν ἀρχαιοτάτων ὄντες Βαβυλωνίων τὴν μὲν διαίρεσιν τῆς πολιτείας παραπλησίαν ἔχουσι τοῖς κατ' Αἴγυπτον ἱερεῦσι. πρὸς γὰρ τῇ θεραπείᾳ τῶν θεῶν τεταγμένοι, πάντα τὸν τοῦ

ζῆν

verit postea [l]; sive gentis vocabulum [m], ob artem, cui vel omnes vel plerique dediti, in officii denominationem transiisse, contendas. Quod cultui Deorum vacarint, Sacerdotum muniis functi, dubio caret omni [n]. Hos vero astronomiam præcipuè coluisse, in ore atque scriptis versatur omnium. Quod siderum observatione, & exacta motuum atque virium cujusque cognitione, nationes superent omnes, Diodorus testis [o] est. Qui id quoque adjicit [p]: Hoc jure quis affirmarit, rei astrologicæ scientia Chaldæos mortalibus universis præcellere, & maximam huic speculationi tribuisse operam. Apud GALLOS antiquos, BRITANNOS atque CELTAS, *Druides* erant, qui res divinas procurabant, de re-

---

ζῆν χρόνον φιλοσοφῦσι &c. (l) Ut de Magis loquitur Ammianus Marc., & de Brachmanis Porphyrius ll. cc. (m) Ut Cicero voluit lib. 1. de Divinat. circa Init. cap. 1. (n) Diod. Sic. l. c. item p. 78. C. (A. 110.) ἱερέας βαβυλώνιοι καλῦσι χαλδαίους. Conf. Clem. Alex. Strom. lib. 1. p. m. 305. A. Eupolemus, ut tradit Polyhistor Alexander, ap. Eusebium Præpar. Evang. lib. IX. c. 17. Abrahamum Astrologiæ & Chaldaicæ inventorem facit: qui etiam Phœnices Solis lunæque Conversiones, ac reliqua id genus omnia docuerit. (o) l. c. p. 82. C. (A. 116.) τῶν ἄστρων πολυχρονίοις παρατηρήσεις πεποιημένοι, καὶ τὰς ἑκάστου κινήσεις τὲ καὶ δυνάμεις ἀκριβέστατα πάντων ἀνθρώπων ἐπεγνωκότες, πολλὰ τῶν μελλόντων συμβαίνειν προλέγουσι τοῖς ἀνθρώποις. (p) p. 83. C. (A. 117. fin.) τοῦτο μέντοιγε διαβεβαιώσαιτο ἄντις προσηκόντως, ὅτι χαλδαῖοι μεγίστην ἕξιν ἐν ἀστρολογίᾳ τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων ἔχουσι, καὶ διότι πλείστην ἐπιμέλειαν ἐποιήσαντο ταύτης τῆς θεωρίας. Idem lib. 17. p. 622. B. (A. p. 578.) οἱ χαλδαῖοι καλούμενοι μεγίστην μὲν δόξαν ἐν ἀστρολογίᾳ περιπεποιημένοι, διὰ δέ τινος αἰωνίου παρα-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-508922-p0019-7

ligionis præcipuè judicantes controversiis [p]. Diodorus [q] vocat eosdem Theologos. Atque hi ipsi erant, qui, Plinio [r] notante, à sextâ quâque lunâ augurabantur anni initium; Seculi autem, post annum tricesimum. Inter ROMANOS cura *temporum Sacerdotibus* atque *Pontificibus* adeò propria erat; ut ante J. Cæsarem, οἱ ἱερεῖς ΜΟΝΟΙ, *Sacerdotes soli* temporum momenta intelligere crederentur [s]. Qui etiam subinde, repente ac nemine præsentiente, mensem intercalarem adscribebant, eumque nuncupabant Mercedonium [t]. *Pontificibus*, verba sunt Censorini [u], *datum est negocium, eorumque arbitrio intercalandi ratio permissa.* Putant, hanc Fastorum custodiam, potestatemque, non consulto magistratu politico, ordinandi tempora, à Numa Pompilio ipsis concessam. Hic certe, quanquam plurima *Sacra ipse obibat*, Pontificem legit: eique attribuit, quibus hostiis, *quibus*

παρατηρήσεως προλέγειν εἰωθότες τὰ μέλλοντα &c. i.e. *qui Chaldæi nuncupantur, maximam ex Astrologiæ studio gloriam adepti, ex perpetua quâdam (siderum) observatione, futura prædicere solent.* Conf. Strabo lib. 1. p. 16. p. 508. f. sqq. Gellius N. A. lib. 1. c. 9. p. 41. sqq. (p) Cæsar de Bell. Gall. lib. 6. c. 4. Dio Chrysost. Orat. 49. de recusat. magistr. Plin. lib. 16. c. 44. Strabo lib. IV. p. 136. Edit. Casaub. (A. 213.). (q) lib. V. p. 213. D. (A. 303.) φιλόσοφοι τέ τινες εἰσὶ καὶ ΘΕΟΛΟΓΟΙ, περιττῶς τιμώμενοι &c. (r) l. c. p. m. 312. (s) Plutarchus in vita Cæsaris p. m. 735. D. (t) Idem l. c. οἱ δὲ ἱερεῖς μόνοι τὸν καιρὸν εἰδότες, ἐξαίφνης καὶ προησθημένου μηδενὸς τὸν ἐμβόλιμον προσέγραφον μῆνα, Μερκηδόνιον ὀνομάζοντες &c. (u) de die Natali cap. 20. Plinius N. A. lib. 2. cap. 77. p. 88. *Sacerdotes Romanos di-*

em

bus diebus Sacra fierent: cætera quoque omnia publica privataque Sacra Pontificis ſcitis ſubjecit[x]. Inter JVDÆOS cura temporum feſtorumque determinandorum penes Synedrium erat[y]. In quo cum plerique *Sacerdotes* fuerint[z]; manifeſtum inde redditur, *Sacerdotes* ab hoc munere excludendos non eſſe. Et quàm ſollicitè hanc rem tractarint inter CHRISTIANOS primitivæ Ecclesiæ *Epiſcopi*, *Presbyteri*, omnesque *Deo conſecrati*, Acta[a] loquuntur Concilii Nicœni; aliorum[b] quin ipſo-

em difinivisse civilem, aſſerit. (x) Verba ſunt Livii lib. 1. c. 20. (y) Infrà ap. Maimon. cap. IV. §. 9. (z) Idem Maimon. Hilc. Sanhedrin, cap. II. §. 1. è Cod. Sanhedr. c. IV. §. 2. (a) Canonem enim talem in Nicœnæ Synodi canonibus non reperiri, dudum obſervavit Zonoras, ad Apoſt. Can. VII. nec non Concilii Antiocheni Can. 1. ubi addit: εἰ δ' ἐκτὸς τῶν κανόνων τι ᾠκονόμιται, ἀγνοῶ, πρακτικὸν τῆς συνόδου ἐκείνης μὴ ἔχων, i. e. *an verò extra Canones aliquid ejusmodi conſtitutum ſit, cum illius Concilii apud me Acta non extent, haud facile dixerim.* Theodorus Balſamon verò ad l. c. aſſerit: ἐν γοῦν τοῖς κανόσι τῶν ἐν Νικαίᾳ πατέρων τοῦτο οὐχ εὕρηται. εἰς δὲ τὰ πρακτικὰ τῆς πρώτης συνόδου εὑρίσκεται. *Gelaſius* certè *Cyzicenus* in Actis Concilii Nicæni cap. XXXIV. compoſitam hanc inter Eccleſias quasdam Aſiaticas & Occidentales de *Paſchate* controverſiam refert: quam prolixè quoque commemorat tàm Imperatoris *Conſtantini M.* epiſtola, apud Euſebium in vita ejus lib. 3. c. 18. 19. Socratem lib. 5. c. 22. Theodoritum lib. 1. c. 10. Nicephor. lib. 8. c. 25. quàm Synodica Epiſcoporum ap. Socrat. H. E. lib. 1. c. 9. p. m. 29. Theodoritum lib. 1. c. 9. p. m. 31. Nicephor. lib. 8. c. 24. ad Eccleſias Ægypti, Lybiæ &c. (b) Antiocheni ſcil. Can. I. & Carthaginenſis can. 37. 55. & inprimis 76. in quem prolixus eſt

Bal-

ipsorummet, uti dicuntur, Apostolorum[c], diversi Canones; testantur Constitutiones Apostolicæ[d]; & comprobant tot Synodorum provincialium[e] vergente Seculo II. sub imp. potissimùm Commodi ac Severi, celebratarum Decreta. Quæ sub Gregorio XIII Pontifice Romano circa hanc rem fervidè gesta, & passim obvia sunt; lubens prætereo.

E-

Balsamon. Conf. Laodiceni can. 37. & 38. (c) can. VII. εἴτις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τὴν ἁγίαν τοῦ Πάσχα ἡμέραν πρὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας μετὰ τῶν Ἰουδαίων ἐπιτελέσει, καθαιρείσθω. Conf. epist. ad Philippenses *Ignatio* adscripta, num. 14. (d) lib. V. cap. 17. (e) cujusmodi *Romana* Victoris, *Hierosolymitana* Narcissi, *Cæsariensis* Palæstina Theophili, *Lugdunensis* Irenæi, *Corinthiaca* Bacchylidis, *Asiatica* Plasmæ, *Osroëna* 18. Episcoporum, & *Mesopotamica* ex totidem Episcopis constans, adducuntur in libello Synodico Anonymi cujusdam à Guiliel. Voello & Henr. Justello edito, in Biblioth. Jur. Can. vet. tom. 2. p. 1169. Quibus addit Euseb. H. E. lib. V. c. 23. Episcoporum *Ponti*, quibus Palma præfuerit; Nicephorus verò lib. IV. c. 36. ex Eusebio l. c. cap. 25. *Tyri*, quibus Cassius; & *Ptolomaïdis*, quibus Clarus præses fuerit. Superioribus autem in lib. Synod. cit. præmittitur *Ephesina* Polycratis, ἀξιοῦσα καὶ ὁρίζουσα ἅπαντας, ὥστε ἐν τῇ δεκάτῃ τετάρτῃ τῆς σελήνης, Ἰουδαιοπρεπῶς ἄγειν τὸ μυστικὸν πάσχα, ὡς τοῦτο ἀνέκαθεν παραλαβοῦσα βεβαιούμενον παρὰ Τιμοθέου καὶ Φιλίππου τῶν Ἀποστόλων. Quâ cum faciebant *Audiani*, & omnes in Asiâ minori Christiani: quibus Socrates H. E. lib. V. c. 22. p. m. 284. multique alii, nominetenus annumerant *Polycarpum*, Episcopum Smyrnensem & sub Gordiano Imperat. martyrem; aitque p. 285. à Johanne Apostolo hunc ritum per traditionem ad ipsos derivatum. Vid. *Epiphanius* advers. Hæreses lib. 3. tom. 1. hær. LXX. num. 9. 10. 11. 12. it. Hæresi L. *Eusebius* H. E. lib. IV. c. 13. l. V. c. 22. 23. 24. ubi Polycratis recensetur Epistola apologetica ad Victorem. *Hieron.* Catal. Scriptor. Ecclesiast. cap. 17. 43.

45.

Enimvero ſoli Sacerdotum arbitrio graviſſimum hoc negotium commiſiſſe, olim non caruit periculo. Quamdiu penes Romanos hi ſoli Faſtos diſponebant; *vitio Pontificum*, ut Suetonius loquitur[f], *per intercalandi licentiam, jam pridem adeò turbata* erant omnia, *ut neque meſſium feriæ æſtati, neque vindemiarum autumno competerent.* Vix malitiam excuſare poterunt, nedum errorem. *Horum* enim, (Pontificum ſcil. ut Cenſorinus[g] ait,) *plerique ob odium vel gratiam, quo quis magiſtratu citius abiret, diutiusque fungeretur; aut publici redemtor ex anni magnitudine in lucro damnoque eſſet, plus minusve ex libidine intercalando, rem ſibi ad corrigendum mandatam, VLTRO DEPRAVARVNT.* Eandem audaciam Macrobius[h] quoque annotat, Ammianus Marcellinus[i], mul-

45. *Damaſcenus* de Hæreſibus nr. L. p. m. 293. Edit. Cottel. *Pii* Papæ Româ ad omnes fideles, nec non *Victoris* ad Alexandrinos Decreta, III. Part. diſt. 3. p. m. 467. *Zenonis* abjuratio in Conc. Epheſ. adducta Cottelerio, ad Eccleſiæ Smyrnenſis epiſtolam de Martyrio S. Polycarpi, p. m. 196. *Niceph.* H. E. lib. IV. c. 36. 37. 38. 39. it. lib. XII. c. 31. 32. 33. (f) in vita Julii Cæſaris, cap. XL. p. m. 54. (g) de die Natali, cap. XX. (h) Saturnal. lib. 1. c. 14. p. 254. *per gratiam SACERDOTVM, qui publicanis proferri vel imminui CONSVLTO anni dies volebant, modò auctio, modò retractio dierum proveniebat: & ſub ſpecie obſervationis, emergebat major confuſionis occaſio.* Ibid p. 257. *Et error huc usque ſtare potuiſſet, ni SACERDOTES ſibi errorem novum ex ipſa emendatione feciſſent* &c. (i) lib. 26. cap. 1. fin. *Tunc magis errorum profunda caligine fluctuabant, cum in SACERDOTES poteſtatem tranſtuliſſent intercalandi. Qui licenter gratificantes Publicanorum vel litigantium commodis, ad arbitrium ſuum ſubtrahe-*

multiq; alii. Unde commotus J. Cæsar, certe non ut Pontifex, (quamvis ipse, ut multi alii Regum Imperatorumque [l], eodem fungeretur officio [k],) sed ut Dictator [m], Fastos correxit: non Sacerdotibus, à quibus jam olim Alexandriæ commoratus, didicerat [n], verum Sosigene [o] perito scientiæ ejus adhibito. Et, cum denuò rem depravassent Pontifices [p], de novo in ordinem redigebat Octavius

---

bebant tempora vel augebant. (k) ad eam dignitatem non sine profusissimâ largitione evectus: juxta Sueton. in vita ejus c. 13. Conf. Dio Cass. Hist. Rom. lib. 37. p. m 46. 47. (l) à Numa ad Gratianum, omnes. Zosimus hist. lib. IV. p. m. 761. τοῦτο παραλαβόντες ἀφ' Ἑλλήνων Ῥωμαῖοι, τοὺς πρώτην τὴν παρ' αὐτοῖς ἱερατικὴν ἔχοντας τάξιν, Ποντίφικας προσηγόρευσαν. οἷς συναριθμεῖσθαι τοὺς βασιλέας, διὰ τὸ τῆς ἀξίας ὑπερέχον, ἐνομοθέτησαν. Καὶ ἔτυχε τούτου Νομᾶς Πομπίλιος πρῶτος, καὶ πάντες ἑξῆς, οἵ τε λεγόμενοι Ῥῆγες, καὶ μετ' ἐκείνους Οκταβιανός τε αὐτὸς, καὶ οἱ μετ' ἐκεῖνον τὴν Ῥωμαίων διαδεξάμενοι μοναρχίαν. ἅμα γὰρ τῷ παραλαβεῖν ἕκαστον τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν, ἡ ἱερατικὴ στολὴ παρὰ τῶν ποντιφίκων αὐτῷ προσεφέρετο, καὶ παραχρῆμα Ποντίφιξ μάξιμος ἀνεγράφετο, ὅπερ ἐστὶν, ἀρχιερεὺς μέγιστος. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες αὐτοκράτορες, ἀσμενέστατα φαίνονται δεξάμενοι τὴν τιμὴν, καὶ τῇ ἐπιγραφῇ χρησάμενοι ταύτῃ. ἐπειδὴ εἰς Κωνσταντῖνον ἦλθεν ἡ βασιλεία, — καὶ μετ' ἐκεῖνον ἑξῆς οἱ ἄλλοι, καὶ Οὐαλεντινιανός τε καὶ Οὐάλης. De Græcis Vid. Aristot. lib. 3. Politic. it. lib. 6. cap. ult. Synesius epist. 121. Xenoph. in Spartan. p. m. 689. D. 690. B. De Numa, Livius lib. 1. c. 7. & c. 20. Conf. Virgil. Æn. III. v. 80. ad eumque Servius. De Octav. Augusto vid. Suetonius in vita ejus, cap. 31. Dio Cassius l. c. lib. 54. p. m. 531. 540. sqq. Ovid. Fastor. lib. III. v. 419. sqq.

Cæsaris innumeris, quos maluit ipse mereri,
Accessit titulis Pontificalis honos.

(m) juxta Plinium N. H. lib. 18. cap. 26. (n) Dio Cassius l. c. lib. 43. pag. 227. (o) Plin. l. c. (p) Macrobius Saturnal. lib. 1. c. 14. p. 257. *Sacerdotes* inquit, *errorem novum*

ex

vius Auguſtus [q]. In Concilio etiam Niceno autoritate Conſtantini M. Imperatoris res confecta eſt [r]; non Pontificis Romani; qui tunc prorſus aberat. Romulus & Numa Faſtos conſtituerunt, nullis adhuc in populo Romano ſuperbientibus Sacerdotiis. Magi Regibus ſuis erant quidem à conſiliis, veram ut putabant, rationem docentes: Reges verò pondus adjiciebant in conſtituendâ Epochâ; à ſuo, non Magorum, nomine nuncupatâ. Sic celebris eſt inter Perſas Epocha *Giemſchidæa* [s], à ſexto Medorum Monarchâ Gjemſchid ita dicta; *Jesdegherdæa* [t], à Jesdegherd filio Schahrijar, Perſarum Rege ante Muhametaniſmum ultimo; & *Gjelalæa* [u], à Gjelaleddin, ſuaſu Omar Cheijam Aſtronomi inſignis, introducta. JUDÆORUM mores, ad quos provocant, Pontificibus in hoc negocio parum favent. Apud hos enim tantum abeſt, Pontificem quicquam potuiſſe in Faſtis diſponendis; ut diſertè excludatur [x] ab omnibus conſeſſibus, in quibus de anno intercalando ineunt conſilia. *Princeps* verò ſive Præſes Synedrii *ſeparari non poterat* [y]. Quin, ſi forte Reipubl. causâ hic ab-

*** erat

ex ipſa emendatione fecerunt. (q) Macrob. l. c. Suetonius lib. 2. c. 31. (r) Jo. Cabaſſutius de Notit. Eccleſ. Sec. 1. p. 19. ingenuè fatetur: *Aſiani minimè obtemperarunt* Victori Papæ Romano, *duravitque concuſſionis malum, donec per autoritatem Nicœni Concilii, & POTENTIAM MAGNI CONSTANTINI penitus obſolevit* &c. Imperator quoque, non obſtante ſuâ in Epiſcopos indulgentiâ, in cit. ſupr. epiſt. inquit: *αὐτὸς ὑπεχόμην, ipſe in me recepi* &c. (s) Vid. Thom. Hyde l. c. cap. XIV. p. 183. ſqq. (t) Hyde l. p. 185. ſqq. 189. (u) Hyde l. c. p. 186. 188. 189. ſqq. (x) Vid. infrà Maimonidem, cap. IV. §. 11. (y) Maim. l. c. §. 9.

erat; aliter reliquis intercalare non licuit, nisi sub conditione, si Princeps ratum habeat [z]. Promulgatio quoque nomine Principis instituebatur [a], non Pontificis.

Quod

& 10. ubi dicitur: *necesse est, ut Præses Synedrii in horum numero comprehendatur.* Quid? quod nemo consultationi interesse potuerit, nisi quem nominetenus Princeps evocarit ad hoc negocium, l. c. §. 9. è Cod. Sanhedrin c. 1. ad θ. 2. fol. 11. a. l. 1. sqq Unde, cum Rabban Simeon f. Gamaliel aliquando septem evocasset, qui secum de hoc negotio deliberarent, & postridiè octo deprehendisset, liberè pronunciasse dicitur: מי הוא שעלה שלא ברשות ירד i. e. *quisquis non jussus huc ascendit, abeat.* Et quamvis Samuel, parvus cognominatus, se excusaret, quod non decernendi, sed discendi animo accesserit; id tamen responsi tulit: ראויות כל השנים כולן להתעבר על ידך אלא אמרו חכמים אין מעברין את השנה אלא במזומנין לה *licet dignus sis, ut tua operâ anni determinentur omnes: ordinarunt tamen Majores, neminem admittendum esse ad annum intercalandum, nisi speciali mandato ad hoc negocium evocatos.* (z) Maim. l. c. §. 12. è Cod. Edüijoth cap. VII. θ. 7. & Sanhedr. f. 11. a. l. 33. sqq. ubi dicitur: *Docent Doctores nostri, non possunt intercalare annum,* אלא אם כן ירצה נשיא i. e. *nisi quum ita voluerit Princeps. Accidit aliquando in Rabban Gamaliele, ut abiret pro facultate impetrandâ, ad Præsidem tunc in Syria commorantem. Cumque cunctaretur redire, intercalabant annum sub eâ conditione, si ita acquiesceret Rabban Gamaliel. Qui, cum reversus, dixisset, volo ego; dum demum annus habebatur intercalatus.* (a) Maim. l. c. §. 17. è Cod. Sanhedr. f. 10. a. l. 40. b. l. 4. seqq. ubi prostat adhuc formula *Edictorum*, quâ in hoc negocio Princeps Gamaliel Fastos promulgarit: quam non inutile erit hîc cognoscere. מהודעין אנחנא לכו דגוליתא רכיכין ואימרין דעדקין וזימנא דאביבא לא מטא ושפרת מילתא באנפיי ואוסיפית על שתא דא תלתין יומין i. e. *Nos significamus vobis, quod pulli columbarum adhuc teneri sint, & agni tenues; nec tempus spicarum advenerit. Itaque VISUM EST MIHI, ut ADDAM anno huic adhuc dies triginta.* Plenior extat in seqq. ad Galilæam superiorem & inferiorem, nec non Australes, atque Exules per Babyloniam ac Mediam dispersos, in h. m. שלומכון יסגא לעלם

Quod ſi legem ſcriptam [b] urgerent, ad mentem Majorum [c] explicatam; qua facultas hæc ſoli *Moſi atque Aaroni* creditur conceſſa, omnibusque ſaltem *Ipſorum locum occupantibus*: vix tandem evincerent, Pontificem ab iſtiusmodi deliberationibus non penitus [d] fore excludendum. Ad ſola ſuffragia ferenda, unà cum aliis Imperii ſtatibus, admitti poſſe; ut Accio idem jus eſſet, quod Titio: ſed decernendi poteſtatem ſoli Principi reſervandam. Moſes enim Principis perſonam ſuſtinuit, Aaron Pontificis, & Seniores reliquorum Imperii Statuum. Verum hæc omnia altioris ſunt indaginis.

Tibi CLARISSIME WITTER! ſufficit, iſtiusmodi elegiſſe argumentum, quod & ſtudiorum generi, cui mancipatus es, apprimè convenit; & aptum videbatur, in quo cum inſigni linguarum peritiâ, pariter declarares, quantum in Philoſophorum, ſpeciatim Mathematicorum, diſciplinis excolendis, deſudaris hactenus. Pro camelo ſarcina. Quisquis enim hanc materiam elaborare auſit, exactiori linguarum ſtudio Aſtronomiam adjunxerit, neceſſe eſt. Nudus Aſtronomus Mai-

---

לעלם מהודעין אנחנא לכון דגוזליא רכיכין ואימריא דערקין וזמנא דאביבא לא מטא ושפרא מילתא באנפיי ובאנפי חביריי ואוסיפית על שתא דא יומין תלתין i. e *Pax veſtra creſcat in æternum. Notum facimus vobis Nos, quod pulli columbarum adhuc teneri ſint, & agni tenues, tempus etiam ſpicarum nondum attigerit. Itaque VISUM FUIT MIHI & Collegis meis, ut EGO SUPERADDEREM anno huic triginta dies.* Pontificis nuspiam ulla occurrit mentio. (b) Exod. XII. verſ. 1. 2. (c) de quâ vid. infr. Maim. cap. I. §. 1. cap. V. §. 1. ex Pirke R. Elieſer, cap. VIII. (d) juxta conſuetudinem poſtmodum introductam, indicatam ſupr. ad (x).

Maimonidem non intelligeret; linguâ quippe loquentem sibi ignotâ. Philologus, omni stellarum theoria destitutus, non adhiberet terminos in arte receptos: peritis rei plus offendiculi præbiturus, quàm emolumenti. Ipse dudum penetrasti in utriusque trabis partem densiorem. Parum TIBI erat, haut leviter imbutum fuisse ejusmodi Linguarum notitiâ, quibus nemo Theologiam exquisitè tractaturus, carere potest: Græcam intelligo, Ebræam, atque Chaldæam. Altius TE immisisti in hoc literarum pelagus. Quicquid Syria reclusum habet, Arabia reconditum, & Samaria abditum; in illud dudum indefesso penetrasti studio. Inprimis Rabbinorum TE cepit desiderium. Non faciliores istos indigito, Scripturæ Interpretes, pluribus hâc nostrâ ætate obvios. Talmudistas deperis: quos nemini adire licet, nisi cui de meliori luto finxit præcordia Titan. Iam superasti immenso labore, & incredibili constantiâ, difficultates, quæ alios absterrere solent, plerasque. Vnica adhuc superest: quâ expugnatâ, plenis deinceps passibus in amplexus desiderii tui ruere poteris jucundissimos. Faxit divinum Numen, à quo indole ornatus es elegantissimâ, & ad sublimia quævis aptâ; ut propediem campus TIBI aperiatur, in quo, pro salute Ecclesiæ ac rei literariæ, applaudentibus Principibus, eorumque Magnatibus, strenuè decurras: continuis virtutum & doctrinæ speciminibus TE tuamque familiam æternitati consecraturus. Ita voveo. Vale, & rem TVAM, quam nosti, age feliciter. Dabam Ienæ, d. 11. Augusti, M DC CIII.

בש״ש

הלכות

קידוש החודש:

הוא מצות עשה אחרת והוא לחשב ולידע ולקבוע באיזה יום תחלת כל חורש מחרשי השנה:

וביאור מצות זו בפרקין אלו:

I. N. D.

IVRA NOVILV-NII INITIANDI[a],

quibus continetur

Unicum præceptum [b] affirmativum, idque ad supputandum, cognoscendum, ac determinandum diem cujusvis in anno Novilunii primum.

Ipsa expositio præcepti in his capitibus traditur.

(a) Novilunia Synedrii Præses τȣ̃ *Initiatus esto* recitatione consecrabat. Cod. *Rosch hasschana* c. 2. th. 7. R. *Maim. infr.* c. 2. §. 8. (b) Numerant verò in universum DCXIII. præcepta, CCXLIIX. affirmativa, quot corporis humani supponunt membra, & CCCLXV. negativa, quot in anno Solari numeramus dies: ceu tradunt Codex *Maccoth* fol. 23. b. l. 39. & fol. 24. a. l. 1. seq. R. *M. Maim.* in fine præfationis operi suo, Jad Chasaka dicto, præmissæ. Enumerantur singula à R. *Mose Kozensi* in integro ספר מצות

פרק ראשון

CAPUT I.

א חדשי השנה הם חדשי הלבנה שנאמר עולת חודש בחדשו ונאמר החודש הזה לכם ראש חדשים כך אמרו חכמים הראה לו הקב״ה למשה במראה הנבואה דמות לבנה ואמר לו כזה ראה וקדש

§. 1. Menſes cujuslibet anni ſunt menſes Lunares [c]; ſicut ſcriptum eſt *Num*. XXIIX. 14. *Holocauſtum menſtruum ſub novilunium ſuum.* Et *Ex*. XII. 2. *Hoc novilunium* (eſto) *vobis initium menſium.* Ita tradiderunt ſapientes [d]: Oſtendit Deus benedictus Moſi in Viſione prophetica [e] lunæ [f] quandam φάσιν,

---

מצות גדול (c) Confer R. *Abraham b. Eſra* ad Lev. XXV. v. 9. Rabbenu *Iacob* in *Arba Turim*, Part. II. cap. 427. ac 428. R. *Moſen Mikkozi* l. c. in *Præc. Affirm.* XLVII. Scilicet, utriusque anni differentiam integro menſe anno tertio ut plurimum addito, ac ἐκ τῶν ἐπακτῶν ἡμερῶν, (quales decem cum 21. horis ac aliquot minutulis quotannis abundant) collecto reducebant, conſtituentes annum tredecim menſium. *Maim.* infra c. 4. th. 2. haut ſecus ac nos è reſiduis quotannis quinque horis, minutis primis 48, ſecundis 40. quartum ut plurimùm annum reddimus biſſextilem. Duodecim enim lunationes annum ſolarem haut dimetiuntur, cujus exacta menſura, an vel ingenti Lunationum numerô, accuratè definiri queat, poſt tot *Cleoſtrati*, *Eudoxi*, *Harpali*, *Metonis*, *Calippi*, *Hipparchi*, *Vietæ* aliorumque fruſtraneas occupationes, meritò dubitamus. Unde nec *Raſchi* κατ᾽ ἀκρίβειαν loquitur ad Gen. I. v. 14. Quæ noſter in hoc negocio molitur, ſuo loco (infr: c. 9.) diſpiciemus. (d) In Codic. *Roſch. haſſch.* f. 21. a. & Cod. *Menachoth* fol. 29. a. l. 38. ſeq. (e) De qua vide R. *Dav. Kimchii præf. in*

comm:

והשנים שאנו מחשבין הם שני החמה שנאמר שמור את חדש האביב:

ב וכמה יתרה שנת החמה על שנת הלבנה קרוב מאחד עשר יום. לפיכך כשיתקבץ מן התוספות הזאת כמו שלשים יום או פחות מעט או יותר מעט מוסיפין חדש אחד ועושין אותה השנה יג חדש והיא הנקראת שנה מעוברת שאי אפשר להיות השנה יב חדש וכך וכך ימים שנאמר לחדשי השנה חדשים אתה

rir, dixitque illi: Talem observato & initiato. Anni verò, quales nos supputamus, anni sunt Solares [c]; sicut scriptum est *Deut.* XVI. v. 1. *Custodi mensem Abib* [g].

§ 2. Quantùm verò annus Solaris Lunarem excedit? propè undecim diebus [h]. Unde, quando ex his Epactis triginta dies quàm proximè colliguntur, etiamsi fortè supersit aliquantulùm aut deficiat, superaddunt Lunationem aliquam [i], constituuntque annum illum tredecim mensium, dictum annum intercalarem. Nequit enim fieri, ut annus sit duodecim mensium, & aliquot (*præcisè*) dierum. S. S. E. *Num.* XXIIX. v. 14. *Iuxta novilunia anni.* Menses [k] igitur anno constituendo annu-

 me-

comm. ad Psalmos, R. *Mosen in More Neboch.* lib. 2. c. 45. (f) Novæ scilicet, post conjunctionem cum Sole, in qua omni lumine fuerat destituta, iterum conspicuæ. (g) Quô neglectô consequeretur, quôvis anni tempore festa celebrari; secus ac DEUS singula, à Paschatis termino supputanda, festa certo anni tempori alligaverat. (h) Nimirum X. diebus, XXI. horis, ac IV. secundis minutis. (i) Dictam *Adar secundum*. Vid. R. *Maimon.* infra c. 4. ϑ. 1. (k) Etenim, juxta menses suos, vi adducti loci, erat annus supputan-

מונה לשנה ואי אתה
מונה ימים:
ג הלבנה נסתרת בכל
חדש ואינה נראת כמו ב'
ימים או פחות מעט או יותר
מעט כמו יום אחד קודם
שתדבק בשמש בסוף החדש
וכמו יום אחד אחר שתדבק
בשמש ותראה במערב
בערב ובליל שתראת במערב
אחר שנסתרת הוא תחלת

meras, dies [l] autem nequaquam numeras.

§. 3. Luna occultatur [m] in quovis novilunio, & inconſpicua redditur, fermè per biduum, [n] plùs minùsve, per diem circiter, antequàm cum Sole congreditur in fine cujuslibet menſis, & iterum per diem circiter, poſtquam à Sole recedit. Deinde ſub veſperam in Occidente conſpicitur, [o] & in iſta nocte, [p] in qua hactenus in conſpicua in Occidentali plaga denuò apparet, principium conſtituitur novilunii, numerantque ab eo die viginti novem dies. Quod ſi conſpiciatur Luna in nocte trigeſima, erit tri-

---

tandus, quorum modò duodecim modò tredecim anno aſsignant. (l) Quorum numerus, tantoperè variante menſium magnitudine ad viſam vel non viſam Lunam mere determinatâ, tantoperè quoque fuit mutabilis. (m) Soli enim juncta, partem ab hoc illuſtratam avertit, alteram lumine caſſam obvertit. (n) Quod enim intra hoc biduum in anteriori latere quantulumcunque luminis refert, tantillum eſt, quale & ob exiguitatem ipſius luminis, & Solis ſitum vicinum cerni nequit. (o) Luna enim motû revolutionis latitudinariæ in Auſtrum tendens, in hac plaga, Solis radiis lumen ſuum mutuatitium hactenus intercipientibus, primùm emovetur, impoſterùm conſpicua. (p) Ceu ſolent diem naturalem ab apparitione ſtellarum auſpicari, diem artificialem nocti poſtponendo. Quem ordinem na-

החדש ומונין מאותו היום כ״ט יום ואם יראה הירח ליל שלשים יהיה יום שלשים ראש החדש ואם לא יראה יהיה ראש החדש יום אחד ושלשים ויהיה יום שלשים מחדש שעבר. ואין נזקקין לירח בליל אחד ושלשים בין שנראה בין שלא נראה שאין לך חדש לבנה יותר על שלשים יום:

trigesimus dies auspicium novilunii; quando verò non apparet, erit principium novilunii dies trigesimus primus, die trigesimô ad mensem præterlapsum annumerato. Non autem unâ conveniunt lunæ causa, in trigesima prima nocte; sive apparuerit illa, sive non. Nullus quippe mensis Lunaris major est triginta diebus [q].

 §. 4. Men-

---

naturæ inditum arbitrati, inverti haut sinunt, ut malint *libellum repudii in die scriptum, in nocte obsignatum, illegitimum pronunciare* (Cod. *Gittin*, cap. 2. ϑ.2.) rati, *ordinem* temporis naturalis *immutari:* ceu docet R. *Obadias* ad h. l. Cœteroquin ita dispescunt νυχθήμερον, ut noctem *à tempore apparitionis stellarum* inchoent, juxta R. *Aben Esram* in Gen. I. v. 18. eamque per *tres ejus vigilias* continuent, (*Bartenora* ad Cod. *Berachoth* cap. I. ϑ. 1.) ac terminent per עמוד השחר, quæ est *lux in plaga Orientali ante Solis Ortum ad horam & horæ quintam partem fermè scintillans*, secundum R. *Maimon.* in l. c. quæque R. *Abrah. b. Esra* l. c. dicitur *lux ante Solis Ortum.* Diluculum hoc dies excipit, ab Ortu Solis ad Occasum extendendus. Vesperam definiunt *tempore, quô Sol occidit ad horam & tertiam horæ partem, quousque lux intra nubes* (in aëre refracta) *cernitur residua*, secundum R. *Aben Esram* l. c. (q) Cum ultra dies XXIX. aliquot solùm horæ, non integer dies, nedum plures abundent.

(r) Lu-

ד חדש שיהוה תשעה ועשרים ויראה ירח בליל שלשים נקרא חדש חסר ואם לא יראה הירח ויהיה החדש שעבר שלשים יום נקרא חדש מעובר ונקרא חדש מלא וירח שיראה בליל שלשים הוא הנקרא ירח שנראה בזמנו ואם נראה בליל אחד ושלשים ולא נראה בליל שלשים הוא הנקרא הירח שנראה בליל עבורו:

§. 4. Mensis, qui nonnisi viginti novem fuerit dierum, quando nimirum conspiciebatur Luna in nocte trigesimâ, dicitur mensis cavus. Quando non observabatur luna, eratq; mensis præterlapsus dierum triginta, Embolismicus dicebatur, ac plenus. Similiter luna visa in nocte trigesimâ, appellabatur luna tempore legitimo visa: quodsi conspiciatur nocte trigesimâ primâ, non v. apparuerit nocte trigesimâ, vocatur luna in nocte intercalari visa.

ה אין ראיית הירח מסורה לכל אדם כמו שבת בראשית שכל אחד מונה ששה ושובת בשביעי

§. 5. Non autem hæc Lunæ observatio [r] omnibus [s] commissa est, sicut Sabbati in primævâ creatione instituti, [t] ubi

(r) Mensium puta ad visam lunam determinatio, ac testium exploratio, tradita in Cod: *Rosch hasch.* c. 2. ♃. 6. & R. *Maim.* infra c. 2. integrô. Alioquin enim omnibus licuit lunam observare, quin de visa sibi luna necesse habebant ferre testimonium, paucis fortè exceptis in Cod. *Rosch hasch.* c. 1, ♃. 8. quales & ad perhibendum in alia causa testimonium erant illegitimi, Cod. *Sanhedrin* cap. 3. ♃. 3. (s) Foret enim, ut qui lunam observâssent, mensem haberent cavum; qui non adver-

אלא לבית דין הדבר מסור עד שיקדשוהו בית דין ויקבעו אותו היום ראש חדש הוא שיהיה ראש חדש שנאמר החדש הזה לכם עדות זו תהיה מסורה לכם:

ו ב״ד מחשבין בחשבונות כדרך שמחשבין האיצטגנינים שיודעים מקומות הכוכבים ומהלכם וחוקרים ומדקדקים עד שידעו אם אפשר שיראה הירח בזמנו שהוא ליל שלשים או אי אפשר אם ידעו שאפשר שיראה

[t] ubi quilibet ſex numerat dies, & ſeptimo vacat à laboribus, ſed Synedrio negocium hoc eſt commiſſum, adeò ut quem initiârit, & determinârit diem ad novilunium, ille ſolus pro novilunio ſit habendus; ſicuti ſcribitur *Exod.* XII. 2. *Hoc eſto vobis novilunium.* (q. d.) Teſtimonium hoc VOBIS [u] ſit traditum.

§. 6. Collegæ Synedrii calculum ſuum inibant, ceu ſolent Aſtronomi, qui nôrunt ſtellarum & ſitum & motum. Accuratè ſcilicet & ſollicitè inquirunt, ut cognoſcant, num poſſit fieri, ut Luna definitô ſuo tempore, quod in XXX. noctem incidit, appareat an non [x]. Si deprehendant, quod poſſit; conſidet Synedrii Collegium

---

vertiſſent, plenum. Evenit præterea, ut quæ hic locorum notata eſt luna, alibi obſervari haut potuerit. (t) In cujus ſupputatione, ob perpetuum ordinem, in errorem nemo poteſt deduci. (u) Moſen ac Aaronem DEUS alloquitur, quorum ingenuos ſucceſſores Synedriorum Collegas venditant, ut ſcribere non vereantur in *CODICE Roſch haſch:* c. 2. §. 9. *Quotcunque fuerunt judicia, fuerunt illa, quemadmodum Moſis Synedrium.* (x) Supputant enim, num Luna modò ſoli juncta eousque retroceſſerit, ut obſer-

יושבין ומצפין לעדים כל
היום כולו שהוא יום
שלשים אם באו עדים
ודרשום וחקרום כהלכה
ונאמנו דבריהם מקדשין
אותו. ואם לא נראה
ולא באו עדים
משלימין שלשים ויהיה
חדש מעובר. ואם ידעו
בחשבון שאי אפשר שיראה
אין יושבים יום שלשים
ואין מצפין לעדים ואם
באו עדים יודעין
בודאי שהן עידי שקר
או שנראת להם דמות
לבנה מן העבים ואינה
הלבנה הודאית:

ז מצות עשה מן
התורה על ב״ד שיחשבו

gium, & circumſpiciunt teſtes, per integrum diem trigeſimum. Quando adveniebant teſtes, perſcrutabantur & examinabant illos pro more recepto. Si veræ judicabantur iſtorum aſſertiones, diem hunc initiabant. Quando verò Luna nec viſa fuerit, nec venerint teſtes, triginta dies complent, ut ſit menſis intercalaris. Quod ſi ex ipſo calculo cognoverint, quod obſervari (*dicto tempore*) haut poſſit; nec conſidebant, nec circumſpiciebant teſtes. Quando nihilominùs adveniebant teſtes, erant certi, quod aut teſtes ſint mendaces, aut apparuerit illis aliqua lunæ ſpecies è denſis (y) nubibus, quæ vera Luna haut fuerit.

§. 7. Præceptô quôdam affirmativô de lege ſcripta obligatum erat Synedrium, ut computent, ac diſquirant, num videa-

---

ſervari queat. Nec rarò evenit, ut Horizonti, cum Sol occidit, admodum vicina, antequam è radiis ſolaribus ſe evolvat, & ipſa occidat. (y) Vel, quòd nubecula falcatæ Lunæ inſtar incurvatam referat ſpeciem, quales ſereno præprimis cœlo oberrare notamus frequentiores; vel quòd radii

וידעו אם יראה הירח או לא יראה ושידרשו את העדים עד שיקדשו את החדש וישלחו ווודיעו שאר העם באי זה יום הוא ראש חדש כדי שידעו באי זה יום חן המועדות שנאמר אשר תקראו אותם מקראי קדש וג׳ ושמרת את החוקה הזאת למועדה:

ח אין מחשבין וקובעין חדשים ומעברין שנים אלא בארץ ישראל שנ׳ כי מציון תצא תורה ודבר

videatur Luna, an non appareat. Præterea, ut examinent teſtes, antequam initiarent Novilunium, & tunc mitterent ac ſignificarent reſiduo populo, in quo die nuncupandum ſit menſis auſpicium, ut ſciant, in quem diem incidant feſta [z], S. S. E. *Lev.* XXIII. 37. *Quæ vocabitis convocationes ſanctas*; & alibi (*Exod.* XIII. 10.) dictum eſt: *Obſervabis ſtatutum hoc in tempore ſuo fixo.*

§. 8. Nuſpiam ſupputabant ac determinabant [a] Novilunia, aut intercalabant annos, præterquam in Palæſtina [b]; ſicut ſcriptum eſt *Ieſ.* II. 3. *E Zion prodeat lex, & verbum*

dii Solis demum occidentis in nubes in aëre vagas emiſſi, ac ad nos reflexi, luculæ ſpecie oculos noſtros fallant. (z) Quæ ex accuratâ menſium definitione, definitorumque cognitione pendent. (a) E Codic. *Berachoth*, cap. 9. fol. 63. Enarrant prærogativas plures in Cod. *Celim*, cap. 1. ℣. 6. & Cod. *Schekalim Hieros.* fol. 47, 4. (b) Palæſtina ארץ ישראל, reliquæ omnes חוץ לארץ audiunt. Aliàs ארץ ישראל contradiſtingunt מדינת הים, ſenſu fermè eodem, ſiquidem R. *Salomoni* & R. *Obadiæ* ad Cod. *Gittin*, cap. 1. ℣. 1. fidem dederis. Diſſentit verò Rabbenu *Niſſin* ad l. c, non quamvis extimam, ſed *maritimæ regioni ſimilli-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-508922-p0037-4

ה׳ מירושלים ואם היה ארם גדול בחכמה ונסמך בארץ ישראל ויצא לחוצה לארץ ולא הניח בארץ ישראל כמותו הרי זה מחשב וקובע חדשים ומעבר שנים בחוצה לארץ ואם נודע לו שנעשה בארץ ישראל ארם גדול כמותו ואין צריך לומר גדול ממנו הרי זה אסור לקבוע ולעבר בחוצה לארץ ואם עבר וקבע ועיבר לא עשה כלום:

Domini è Ierusalem. Quod si fuerit quispiam insigniter doctus, atque legitimè promotus [c] in Palæstina, qui egressus inde in regionem exteram, parem sibi non reliquerit in terra Israëlitarum; tunc talis supputare potest, ac determinare Novilunia, pariterque annos intercalare, (*etiamsi*) in regione extima. Ut primum verò huic innotescit, quod in ipsa Palæstina quis eruditione sibi par inclaruerit, nedum major ipso, illicò haut est huic licitum, ulteriùs supputare aut intercalare in quadam extima regione. Quod si transgressus dimetiatur ac intercalet, nihil egisse censetur.

פרק שני

CAPUT II.

א אין כשר לעדות החודש אלא שני אנשים כשרים הראוין להעיד

§. 1. Nemo aptus est ad testimonium de visa Luna perhibendum, nisi duo [d] minimùm viri probi, ac digni, qui in

---

millimam intelligens. (c) Lege Cod. *Sanhedr.* fol. 13. b. sub finem. R. *Maim. Hilcoth Sanhedr.* cap. 1. §. 3. (d) Scilicet *uni non habetur fides.* Cod. *Rosch haſſch.* cap. 3. ϑ. 1. ob *Deut.* XIX. 15. Vide & R. *Moſen Maim.* in *Hilcoth Eduth*, Part. IV. Ope-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-508922-p0038-9

בכל דבר ודבר אבל
נשים ועבדים הרי הן
כשאר פסולי עדות ואין
מעידין׃ אב ובנו שראו
את הירח ילכו לבית
דין להעיד לא מפני
שעדות החדש כשרה
בקרובים אלא שאם

in quavis causa testimonium ferant. Fœminæ [e] igitur, ac servi [f], perinde ac reliqui testes illegitimi [g] reputantur, nec ferunt testimonium. Pater, ejusque filius [h], quando observârunt Lunam, abeunt ad Synedrium, ut testentur; neutiquam, quod cognatorum [i] testimonium in causa Novilunii habeatur legitimum;

 ve-

Operum. (e) Quæ nec in alia causa poterant ferre testimonium. Duplicem casum excipiunt in Cod. *Iebhammoth*, cap. 15. ϑ. 5. & Cod. *Sota*, cap. 6. ϑ. 2. Adde *Bartenoram* ad Cod. *Rosch hassch.* c. 1. ϑ. 8. (f) Scilicet, *ad quod testimonium non est apta fœmina, ad idem nec servi sunt apti, ceu* docent in Codic. *Rosch hassch.* l. c. Confer tamen Codic. *Sota*, cap. 6. ϑ. 2. Cod. *Gittin*, cap. 7. ϑ. 4. (g) Cujusmodi *ludens aleâ, ditescens ex usuris, columbarii, vendentes anni Sabbatici fructus.* Cod. *Sanhedrin*, cap. 1. ϑ. 7. & Cod. *Rosch hassch.* l. c. R. *Maimon. Hilcoth Eduth*, cap. 10. toto: item cap. 12. 13. & 16. (h) E Codic. *Rosch hasschana*, cap. 1. ϑ. 7. (i) Duplex g. est ἀνικανότης, quæ à ferendo testimonio arcet: Alteram vitæ morumque infamia, it. ætas præmatura, status servilis, & nonnulla alia inducunt; alteram nimia affinitas. Propinqui, quamvis, *ut in alio negocio testentur, sint habiles; in hac causa ob solam affinitatem excluduntur*, ut loquitur R. *Obadias* ad Cod. *Gittin*, cap. 8. ϑ. 10. Dissensum movet R. *Simeon* in Cod. *Rosch hassch.* cap. 1. ϑ. 7. ratos habens & propinquos, qui ferant testimonium: cui tamen haut assentiuntur. Cœterum, qui propinquorum no-

ימצא אחד מהן פסול מפני שהוא גזלן וכיוצא בו משאר הפסלנות יצטרף השני עם אחר ויעידו וכל הפסול לערות מדברי סופרים אף על פי שהוא כשר מן התורה פסול לעדות החדש:

ב דין תורה שאין מדקדקין בעדות החדש שאפילו קדשו את החדש על פי עדים ונמצאו זוממין בעדות זו הרי זה מקודש

verum, ut horum alter, si forte testium aliquis ineptus deprehendatur, quod prædo sit, aut alio inquinatus vitio, quod testem reddere potest inhabilem, se jungat tertio, & testentur. Quisquis autem inhabilis est ad testimonium ferendum per placita [k] Scribarum, quamvis de lege scripta foret legitimus, ineptus censetur ad testimonium de Novilunio ferendum.

§. 2. Obtinet è lege divina, ne in minutissima [l] quæque inquirant, in Noviluniale testimonium disquirentes. Quamvis enim mensem initiârint juxta testium assertiones, qui in testando dolosè egisse (*posteà*) deprehenduntur; manet nihilo-

---

nomine intelligantur, explicant in Codic. *Sanhedr.* cap. 3. ϑ. 4. (k) Frequens hæc, at lubrica est distinctio, quâ jura alia מדאורייתא, alia מדרבנן statuunt, quâque nixi divinæ legi φορτία βαρέα καὶ δυσβάστακτα (Matth. XXIII. 4.) assuunt: quæ ipsa non solum in lege divina haut continentur, sed & ipsi legi scriptæ, qualem dicunt, contrariantur. Exempla suppeditat ipse R. *Obadias*, quâ *damnum restitutum ac solutum debitum*, ad Cod. *Gittin* cap. 5. ϑ. 1. quâ *Terumam*, l. c. cap. 5. ϑ. 5. Ipsum *Rabbenu Hillelis* פרוזבול hujus est generis, ceu liquet è Codice *Scheviith*, cap. 10. ϑ. 3. & Cod. *Gittin*, cap. 4. ϑ. 3. (l) E Cod. *Rosch hassch.* fol. 24. sq. (m) Cod.

לפיכך היו בראשונה מקבלין עדות החדש מכל אדם מישראל שכל ישראל בחזקת כשרות עד שיודע לך שזה פסול משקלקלו האפיקו׳ והיו שוכרין אנשים להעיד שראו והם לא ראו התקינו שלא יקבלו בית דין עדות החדש אלא מעדים שמכירין בית דין אותן שהם כשרין ושהיו דורשין וחוקרים בעדות:

ג לפיכך אם לא יהיו בית דין יודעין את העדים שראו את הירח משלחין אנשי העיר שנראה בה עם העדים שראו עדים אחרים שמזכין אותן לבית

hilominus initiatus. Vnde, primùm ratum habuerunt testimonium Noviluniale cujusvis Israëlitæ [m]. Præsumebatur enim quisvis aptus, donec innotescat tibi, hunc esse inhabilem [n]. Ex quo autem perversè egerunt [o] Epicuræi, mercede conducentes quosdam, qui testarentur, Lunam se vidisse, quam non viderant; ordinârunt, ne Noviluniale testimonium Synedrium acceptaret, nisi perhibitum sit à testibus, de quorum ingenuitate Synedrio constet, & quod testimonium laturi accuratè sint sciscitati.

§. 3. Unde, quando Synedrium non novit testes, qui Novilunium observârant, cives loci, in quo visa fuit Luna, delegabant cum testibus illis, qui observârant, alios, qui legitimos [p] hos pronuncient, atque significent, quod probi

sint.

(m) Cod. cit. cap. 2. §. 1. (n) Quæ his contraria docet R. *Maim. in Hilcoth Eduth* cap. XI, *Autor Commentarii* ad h. l. conciliare laborat, bonitatis præsumtionem è lege divina adstruens, malitiæ verò præsumtionem Doctoribus assignans, quorum sit dolos ac fraudes omnes summovere. (o) E Cod. *Rosch hasch.* fol. 22. b. (p) Cod. cit. cap. 2. §.

דין ומודיעין אותן שאלו כשרים הם ואחר כך מקבלין מהם׃

ד בית דין מחשבין בדרכים שהאיצטגנינין מחשבין בהן ויודעין הלבנה כשתראה בחדש זה אם תהיה בצפון השמש או בדרומה ואם תהיה רחבה או קצרה ולהיכן יהיו ראשי

ſint. Poſteà demum Synedrium teſtimonium ab illis acceptabat.

§. 4. Collegæ Synedrii calculo Aſtronomico ſupputari curant [q], ut ſciant, num Luna in Novilunio apparitura [r] ſit in Auſtrali, an Boreali Solis ſeu Eccliptícæ [s] latere [t]? Multùm an parum ab ea ſit excurſura [u], atque quo ſint cornuum faſtigia [x] declinatura. (*Deinde*) quando ad-

---

2. ϑ. 1. (q) Nec enim ipſi Senatores præcisè, ſed alii Aſtronomiæ periti ac iſtorum autoritate muniti calculum hunc expediverunt: quod è docti in extimam provinciam migrantis exemplo liquet. Vid. R. *Moſ. Maim.* ſuprà cap. 1. §. 8. (r) Apparituram eſſe ſupponebant vi calculi præmiſſi, ſecundum cap. 1. §. *6.* (s) Solis domicilii perpetui, quod Luna in duplici puncto Nodorum nomine commendato ſolum ſecat. (t) Datur enim præter motum longitudinis, & motus latitudinis in Auſtrum & Boream. Nec ſolum Lunæ orbita una cum Ecclíptica, Solis regiâ viâ, in utrumque latus ab Æquatore ſucceſſivè declinat; ſed & præterea ab Ecliptica in plagam utramque per 5. circiter gradus excurrit. Obſervaturi g. Lunam, in quo ſitu ſit appritura, nôſſe debebant. (u) Conf. Cod. *Roſch haſſchana* cap. 2. ϑ. *6.* Per *Schemata* verò *in tabula quadam delineata teſtes informabantur*, ut patet è l. c. ϑ. 8. (x) Falcata Luna cornuum gerit ſpeciem, פגימתה, *ejus inciſionem* Hebræis dictam. Horum verò cornuum faſtigia quamvis in eandem

קרניה נוטין וכשיבאו העדים להעיד בודקין אותן כיצד ראיתם אותה בצפון או בדרום להיכן היו קרניה נוטות כמה היתה גבוהה בראית עיניכם וכמה היתה רחבה אם נמצאו דבריהם מכוונים למה שנודע בחשבון מקבלין אותן ואם לא נמצאו דבריהם מכוונין אין מקבלין אותן׃

ה אמרו העדים ראינוהו במים או בעבים בעששית או שראו מקצתו ברקיע או מקצתו בעבים או במים

adveniebant testes, ut testimonium ferrent, explorabant istos: Quomodo illam observâstis, in Australi an Boreali situ? quò inclinabant ejus cornua? quanta videbatur vobis optica ejus altitudo [y]? quæ latitudo [z]? Si deprehendebantur testium assertiones calculo suo consonæ, habebant illas ratas; sin dissonæ, irritas.

§. 5. Si asserunt testes: Vidimus Lunæ (*imaginem*) in aqua (*relucentem*), aut per nubes [a], aut per vitrum [b]; vel quòd observârint aliquam (*solùm*) partem Lunæ in expanso, aut partem ejus per nubes, vel viderint in aqua, aut per

---

dem à Sole aversam plagam ordinariâ lege diflectantur, (Codic. *Rosch hassch.* fol. 23. b.); restat nihilominus aliqua declinatorum cornuum varietas, quâ, juxta ac Luna ab Ecclíptica in Austrum vel Boream divergit; Sol verò eundem in Ecclíptica cursum servat: necessariò cornuum apices nunc deorsum, nunc sursum, q. e. in Boream ac Austrum declinant. (y) Quot staturas humanas supra Horizontem alta sit, ducto è Zenith observatoris per Lunam arcu, mensurata. (z) Distantia ab Ecclíptica, arcu è polo Eccliptricæ per Lunam ad Eccliptícam ducto, mensuranda. (a) Tenuiores ipsam Lunæ faciem protinus haut obvelantes. (b) Vel

או בעששית אין זו ראיה
ואין מקדשין על ראיה
זאת אמר אחד ראיתיו
גבוה בעיני כמו שתי
קומות ואמר הב׳ כמו
שלש קומות היה גבוה
מצטרפין אמר האחד כמו
שלש קומות והב׳ אמ׳
כמו חמש אין מצטרפין
ומצטרף אחד מהם עם
שני שיעיד כמותו או יהיה
ביניהם קומה אחד:
ו אמרו ראינוהו בלא
כוונה וכיון שהתבוננו
בו ונתבוננו לראותו להעיד
שוב לא ראינוהו אין
זו עדות ואין מקדשין
עליה שמא עבים נתקשרו
ונראו כלבנה וכלו והלכו
להם אמרו עדים ראינוהו
ביום תשעה ועשרים

per perspicillum; pro nulla habetur hæc observatio, neque initiâbant (*mensem*) ad observationem hujusmodi. Si alter dicat: Vidi Lunam ad duas hominum staturas apparenter altam, alter tres circiter altam asserat; associantur. Si verò alter tres hominum staturas altam dixerit Lunam, & alter quinque; hi quidem non junguntur: primus tamen horum illi alteri, associatur, qui vel gemina testabatur, vel non discrepabat ab eo, nisi staturâ saltem unicâ.

§. 6. Dixerint (*quidam*,) vidimus Lunam citra propositum: quam advertentes, datâ operâ [c] circumspiciebamus, ut testari liceret; verùm illam ulteriùs haut deprehendimus: nullum est hoc testimonium, nec propterea (*mensem*) initiant: ne fortè nubes [d] conjunctæ Lunæ speciem dederint, quæ dissipatæ sensim se illis subduxerint. Dixerint testes: Observavimus illam in vigesimo nono die matutinam in Oriente

---

Vel aliud corpus διαφανὲς. (c) E Codice *Rosch hasscb.* fol. 25. a. (d) A radiis solaribus illuminatæ. Conf. quæ notavi-

שחרית במזרח קודם שתעלה השמש וראינוהו ערבית במערב בליל שלשים הרי אלו נאמנים ומקדשין על ראיה זו שהרי ראוהו בזמנו אבל הראיה שאמרו שראוהו בשחרית אין נזקקין לה שאין אנו אחראין לראיית שחרית ובידוע שהעבים הם שנתקשרו ונראה להם כלבנה וכן אם ראוהו בזמנו ובליל עיבורו לא נראה הרי אלו נאמנין שאין אנו אחראין אלא לראיית ליל שלשים בלבד:

ז כיצד מקבלין עדות החדש כל מי שראוי להעיד שראה את הירח בא לב״ד ובת דין מכניסין אותן כולן למקום אחד ועושין להן סעודות גדולות כדי

te, ante ortum Solis, & in nocte trigesima vespertinam in Occidente [c]; fides habetur illis, ac propter hanc Lunæ visionem initiant. Viderunt enim illam tempore competente. Verum propter visionem, quâ observarunt Lunam matutinam, non convocant Collegium. Neque enim satis sumus securi in visione matutina: cum notum sit, quod nubes fuerint, quæ coëuntes, speciem mentiantur Lunæ. Similiter, si viderint Lunam definito suo tempore, nocte autem intercalationis suscipiendæ non apparuerit, fides habetur illis: Non enim obligamur, nisi ad solam apparitionem in nocte trigesima observatam.

§. 7. Quomodo Noviluniale testimonium suscipiunt? Quisquis ad testandum idoneus, observans Lunam, abit ad Synedrium: quod universos in locum quendam introdu-

C

vimus ad cap. 1. §. 6. (e) Quò spectat historia recensita in Cod. *Rosch hasch.* cap. 2. ϑ. 8. ubi Rabban *Gamaliel* talia refe-

שיהיו העם רגילין לבא
וזוג שבא ראשון בודקין
אותן ראשון בבדיקות
שאמרנו מכניסין את
הגדול ושואלין אותו נמצאו
דבריו מכוונים לחשבון
מכניסין את חברו נמצאו
דבריהם מכוונין עדותן קיימת
ושאר כל הזוגות שואלין
אותם ראשי דברים לא
שצריכים להם אלא כדי
שלא יצאו בפחי נפש
כדי שיהיו רגילין לבא:

ח ואחר כך אחר שתתקיים
העדות ראש בית דין
אומר מקודש וכל העם
עונים אחריו מקודש מקודש
ואין מקדשין את
החדש אלא בשלשה

ducit, in quo parant illis lautum convivium [f], ut asuescant populares accedere. Primum explorant illud par testium, quod primùm advenit, sedulâ dictorum exploratione factâ. Introducunt seniorem, eumque interrogant. Cujus assertiones si calculo suo consonæ deprehenduntur, ejus quoque socium introducunt. Si utrique consenserint, testimonium ipsorum ratum habetur. Singula quoque reliqua paria interrogant, saltem de summis rerum capitibus: non quod horum testimonio egeant; verum ne qui mœsti secedant [g], sed asuescant reverti promptiùs.

§. 8. Tandem, testimonio jam confirmato, Præses Concilii pronunciat: *INITIATVS ESTO.* Cui omnis populus respondet: *INITIATVS EST, INITIATVS EST* [h]. Non initiabant Novilunium nisi in triumviratu [i]: Nec calcu-

ferentes in Jabne recepit. (f) E Cod. *Rosch hassch.* cap. 2. ϑ. 5. (g) Consonum est monitum Rabban *Gamalielis* in Cod. *Rosch hassch.* cap. 1. ϑ. 6. datum R. *Akivæ Lyddensi.* (h) Cod. cit. cap. 2. ϑ. 7. (i) E Cod. *Sanhedrin*, cap. 1. ϑ. 2. juxta sententiam R.

ואין מחשבין אלא בשלשה ואין מקדשין אלא חדש שנראה בזמנו ואין מקדשין אלא ביום ואם קדשוהו בלילה אינו מקודש ואפילו ראוהו בית דין וכל ישראל ולא אמרו ב״ד מקודש עד שחשכה ליל אחד ושלשים או שנחקרו העדים ולא הספיקו ב״ד לומר מקודש עד שחשכה ליל אחד ושלשים אין מקדשין אותו ויהיה החדש מעובר ולא יהיה ראש חדש אלא יום אחד ושלשים אף על פי שנראית בליל שלשים שאין הראיה קובעת

culum ducebant, niſi in triumviratu. Neque initiabant, niſi Novilunium ſuo obſervatum tempore [k]. Nec initiabant, niſi interdiu [l]: Et ſi noctu initiaverint, pro initiato neutiquam habebat r. Etiamſi adverterint Lunam Synedrium ac Iſraëlitæ omnes [m], ſi non pronunciarint ſenatores *INITIATVS ESTO*, priusquam nox trigeſima prima irruat; aut, ſi exploratis teſtibus, ſpatium non conceditur Synedrio, ſolenniter proclamare illud *INITIATVS ESTO*, donec irruit nox trigeſima prima; plane non conſecrant eum, ſed provenit menſis intercalaris, auſpicio menſis a *XXXI.* die ſumto: etiamſi in XXX. nocte apparuerit. Neque enim viſio, verùm

R. *Meir.* Nullum enim Synedrium triumviratu minus erat. Vt ſcilicet *ſit inter eos ſententia præponderans, ſi contingat, judices de jure diſſentire*, ut docet R. *Maimon.* in *Hilcoth Sanhedrin*, cap. 1. §. 4. (k) Iuxta ſententiam *R. Elieſeris b. Zadok.* Diſſenſum vide in Cod. *Roſch haſſch.* cap. 2. ϑ. 7. (l) Conf. Cod. *Roſch haſſchana*, fol. 25. ſeqv. Cod. *Sanhedrin*, fol. 11. b. l. 32. ſeq. (m) E Codic. *Roſch haſſchana*, cap. 3. ϑ. 1. (n) Non

אלא בית דין שאמרו מקודש הם שקובעין:

ט ראוהו בית דין עצמן בסוף יום תשעה ועשרים אם עדין לא יצא כוכב ליל שלשים בית דין אומרים מקודש שעדין יום הוא ואם ראוהו בליל שלשים אחר שיצאו שני כוכבים למחר מושיבין שני דיינין אצל אחר מהם ויעידו השנים בפני השלשה ויקדשוהו הג׳:

י בית דין שקדשו את החדש בין שוגגין בין מוטעין בין אנוסין הרי זה מקודש וחייבין הכל לתקן המועדות על היום שקדשו בו אף על פי שזה

Synedrium promulgans τὸ *INITIATVS ESTO*, menses determinat.

§. 9. Quod si Synedrii Assessores ipsi Lunam observaverint sub finẽ diei XXIX; siquidem nulla tunc prodierit stella noctis trigesimæ, pronunciat Synedrium (*solenne illud*) *INITIATVS ESTO*. Huc usque enim dies porrigitur [n]. Quod si viderint eam nocte trigesimâ, postquam duæ jam stellæ prodierint; crastinô die duos jubent considere Iudices [o], cum quodam ex illis [p]; ut duo (*reliqui*) testentur coram his tribus, qui tres Novilunium initiant.

§. 10. Si quidem Assessores Synedrii vel ipsi aberrantes, vel in errorem abducti, vel coacti initiaverint; manet mensis intercalatus: ac omnes obligantur, ut ordinent quæcunque festa secundum diem, in quo consecrârunt. Quamvis hic vel ille

(n) Non n. sola Luna, sed tres demum visæ stellæ noctem plenariam inducunt. R. *Obadias* ad Cod. *Schabbath*, cap. 2. ϑ. 7. R. *Iom toph* ad *Rosch hassch.* c. 3. ϑ. 1. Quando duæ solùm stellæ apparent, dubii sunt, vesperam an noctem istud tempus dicant. ll. cc. (o) Lege id ipsum paulò fusius in Cod. *Rosch hasschana*, cap. 3. ϑ. 1. (p) Qui Lunam observârant.

(q) Conf.

יורע שטעו חייב לסמוך עליהם שאין הרכר מסור אלא להם ומי שצוה לשמור המועדות הוא צוה לסמוך עליהם שנאמר אשר תקראו אתם וכו׳:

le sciat, quod errarint; obligatur tamen acquiescere illis. siquidem soli Synedrio negocium hoc est commissum: & qui præcipit, ut serventur festa statuta, idem etiam jussit, ut illis acquiescant. S. S. E. *Levit.* XXIII. v. 37. *Quæ promulgaveritis vos*, &c.

פרק שלישי

CAPVT III.

א ערים שראו את החרש אם היה ביניהם ובין מקום שיש בו ב״ר מהלך לילה ויום או פחות הולכים ומעידין ואם היה ביניהן יתר על כן לא ילכו שאין עדות אחר יום שלשים מועלת שכבר נתעבר החרש:

§. 1 Qui testes Lunam observantes, à loco, ubi sedet Synedrium, solùm itinere diurno-nocturno [q], aut breviori distant, abeant, ut ferant testimonium. Qui longius hoc dissiti sunt, non abeunt: quippe quorum testimonium post trigesimum diem nihil proficit, cum mensis jam sit intercalatus.

ב ערים שראו את החרש הרי אלו הולכין

§. 2. Testes, qui Lunam observârunt, ad Synedrium abeunt, ad deponendum testimo-

(q) Conf. Codic. cit. fol. 22.

(r) Cod.

לבית דין להעיד ואפילו
היה שבת שנאמר אשר
תקראו אותם במועדם
וכל מקום שנאמר מועד
דוחה את השבת
לפיכך אין מחללים אלא
על ראש חדש ניסן ועל
ראש חדש תשרי בלבד
מפני תקנת המועדות
ובזמן שבית המקדש
קיים מחללין על
כולן מפני קרבן מוסף
שבכל ראש חדש וחדש
שהוא דוחה את
השבת:

ג כשם שמחללין
העדים שראו את
החדש את השבת כך

monium, utut fuerit Sabbatum [r]; S.S.E. *Lev.* XXIII. 4. *Quæ promulgabitis in tempore ipsis constituto.* Vbicunque enim tempus fixum innuitur [s], Sabbatum depellit. Propterea (*hodie*) non profanant (*Sabbatum*), nisi ad auspicium mensis Nisan, & auspicium Tisri tantùm; eò quod ex illis dependeat festorum dispositio. Stante verò adhuc sanctuario, ad reliqua omnia Sabbatum sinunt commune habere [t]; propter sacrificium superaddendum, in quovis Novilunio offerendum; quod ipsum Sabbatum pellit [u].

§. 3. Quemadmodum testes Lunam observantes Sabbatum profanant, ita profanare li-

---

(r) Cod. cit. cap. 1. ϑ. 4. (s) Vniversalis est hæc regula, similiter *Paschati ac sacrificio jugi* applicata in Cod. *Pesachim*, cap. 6. ϑ. 1. collatô R. *Obadiâ* in h. l. & modo cit. Cod. *Rosch haschana*, cap. 1. ϑ. 9. (t) Scilicet, *opus quod expedire licet in vespera Sabbati, non pellit Sabbatum: quod non licet expedire, Sabbatum pellit.* ceu docent in Codice *Schabbath*, cap. 19. ϑ. 1. Cod. *Pesachim*, cap. 6. ϑ. 2. Cod. *Menachoth*, cap. 11. ϑ. 3. (u) Quo de vide R. *Mos. Maim. Part. III. Operum, in Hilcoth Temidim Umusaph*, cap. 7. §. 1.

מחללין עמהן העדים שמזכין אותן בבית דין אם לא היו בית דין מכירין את הרואין ואפילו היה זה שמודיע אותן לבית דין עד אחד הרי זה הולך עמהן ומחלל מספק שמא ימצא אחר ויצטרף עמו:

ד היה העד שראה את החדש בליל השבת חולה מרכיבין אותו על החמור ואפילו במטה ואם יש

licitè possunt unà cum ipsis illi testes socii [x], de probitate horum, quos Synedrium haut novit, testaturi. Etiamsi fuerit iste, qui declaraturus est illos Synedrio, testis unicus; abeat tamen cum illis, ac profanet (*Sabbatum*), ob dubium [y], utrum forte inventurus sit alterum, cui se jungat.

§. 4. Si testis, qui Novilunium in nocte Sabbati annotaverat, fuerit ægrotus [z]; asino impositum advehunt, aut in lecto deducunt [a]. Quodsi

---

§. 1. seqq. & Cod. *Schebuoth*, cap. 1. ϑ. 4. (x) Citra quos priorum testimonium manet irritum. Vide supra cap. 2. §. 3. (y) Alioquin ספק seu *casus dubii*, quos nullum vitæ periculum comitatur, *Sabbatum haut depellunt*; ut docet R. *Maimon.* in *Hilcoth Mila*, cap. 1. ϑ. 12. & *Pirke R. Elieseris*, *in Mila*, fol. 137. a. Contrà tamen *qui casus dubii cum vitæ periculo sunt conjuncti*, speciali nomine ספק נפשות dicti, citra controversiam *Sabbatum pellere*, liquet è Codice *Joma*, cap. 8. *Misch.* 6. fol. 84. Cod. *Schabbath*, fol. 109. Cod. *Avoda Sara*, fol. 21. a. lin. 31. R. *Maim. Hilcoth Schabbath*, cap. 2. §. 1. *Hilcoth Temidim umusaph*, cap. 7. §. 4. R. *Mos. Mikkozi*, l. c. *in Præcept. Negat.* LXV. & *Rabbenu Iacob*, in *Arba Turim*, cap. 328. seqv. (z) Cod. *Rosch hassch.* cap. 1. ϑ. 9. (a) Quod alioquin in Sabbato erat prohibitum. Conf. Cod. *Schabbath*, cap. 10. ϑ. 5. R. *Maimon.* in *Hilcoth*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-508922-p0051-1

לְהַן אוֹרֵב בַּדֶרֶךְ לוֹקְחִין
הָעֵדִין בְּיָדָן כְּלֵי זַיִן
וְאִם הָיָה דֶרֶךְ רְחוֹקָה
לוֹקְחִים בְּיָדָם מְזוֹנוֹת
וַאֲפִילוּ רָאָהוּ גָדוֹל
וְנִרְאָה לַכֹּל לֹא יֹאמְרוּ
כְּשֵׁם שֶׁרְאִינוּהוּ אֲנַחְנוּ
רְאוּהוּ אֲחֵרִים וְאֵין
אָנוּ צְרִיכִים לְחַלֵּל אֶת
הַשַּׁבָּת אֶלָּא כָּל מִי
שֶׁרָאָה הַחֹדֶשׁ וְהָיָה
רָאוּי לְהָעִיד וְהָיָה בֵּינוֹ
וּבֵין הַמָּקוֹם שֶׁקָּבוּעַ בּוֹ
בֵּית דִּין לַיְלָה וָיוֹם
אוֹ פְּחוּת מִצְוָה עָלָיו
לְחַלֵּל אֶת הַשַּׁבָּת וְלֵילֵךְ
וּלְהָעִיד׃

ח בָּרִאשׁוֹנָה הָיוּ מְקַבְּלִין
עֵדוּת הַחֹדֶשׁ בְּכָל יוֹם
שְׁלֹשִׁים פַּעַם אַחַת
נִשְׁתַּהוּ הָעֵדִים מִלָּבוֹא

si in itinere insidiatores [b] fore, præsumunt testes; arma bellica [c] secum portant. Si iter sit longius, alimenta quoque secum ferunt. Etiamsi nobilior aliquis Lunam observaverit, ac eadem visa sit ab omnibus; dicere tamen non attinet: Cum nosmet Lunam notaverimus, alios quoque observâsse credibile est; ut supervacaneum arbitremur, Sabbatum profanare. Verùm quisquis advertit Lunam, ad testandum habilis, quique à loco, ubi Synedrium sedem fixam habet, non nisi itinere diurno - nocturno, aut minori distat intervallo, obligatur, ut, profanato Sabbato, abeat, ad ferendum testimonium.

§. 5. [l] Olim per integrum diem XXX. suscipiebant de visa Luna testimonium. Aliquando testes cunctabantur, ut non advenerint, nisi tempore inter

---

coth *Schabb.* cap. 18. ℈. 15. (b) Etenim *qui iter facit, metuit sibi à latronibus,* Cod. *Sota* cap. 3. in *Gemara,* f. 21. a. l. 19. (c) Quæ portare in Sabbato alioquin erat prohibitum. R. *Maim.* l. c. cap.

עד בין הערבים ונתקלקלו במקדש ולא ידעו מה יעשו אם יעשו עולה של בין הערבים שמא יבאו העדים ואי אפשר שיקריבו מוסף היום אחר תמיד של בין הערבים עמדו בית דין והתקינו שלא יהיו מקבלים עדות החדש אלא עד המנחה כדי שיהא שהות ביום להקריב מוספין ותמיד של בין הערבים ונסכיהם:
ו ואם הגיע מנחה ולא באו עדים עושין תמיד של בין הערבים ואם באו עדים מן המנחה

ter duas vesperas [d] dicto. Confundebantur propterea in sanctuario, nescii, quid agerent: num sacrificarent holocaustum juge, inter duas vesperas offerendum, ne fortè supervenirent testes, & fieri non posset, ut offerant, ob diem Novilunii, superaddendum diurnum, post juge vespertinum. Surgentes itaque decreverunt Synedrii Assessores, ne susciperent posthac testimonium Noviluniale ultra tempus precum pomeridianarum [e]: ut spatium diei supersit, quo offerri possint superaddenda, unâ cum jugi vespertino, eorumque libaminibus.

§. 6. Quando advenerat tempus Minchæ, nec hactenus accesserant testes; offerebant sacrificium vespertinum juge. Quod si advenerint testes post Minchæ tempus, aut

 se-

cap. 17. ϑ. 1. (d) Tempus duarum vesperarum inchoant, post horam diei sextam, atque dimidiam Judaicam, primâ nostrâ imminente; quâ, Sole ad occasum inclinante, umbra incipit crescere, in Codic. *Pesachim*, cap. 5. ϑ. 1. Vide etiam R. *Maim. H. Temidim umusaph*, cap. 1. §. 3. *Part. III. Operum*. (e) מנחה קטנה incipiebat ab hora diei nona ac dimidia Judæorum, nostra tertia cum dimidia: גדולה verò post sex diei horas cum dimidia. Vide R. *Maim.* in *Hil-*

coth

ולמעלה נוהגין אותו היום ולמחר קדש ומקריבין מוסף למחר לפי שלא היו מקדשין אותו אחר מנחה משחרב בית המקדש התקין רבן יוחנן בן זכאי ובית דינו שהיו מקבלין עדות החדש כל היום כולו ואפילו באו עדים יום שלשים בסוף היום סמוך לשקיעת החמה מקבלין עדותן ומקדשים יום שלשים בלבד:

ז כשמעברין בית דין את החדש מפני שלא באו עדים כל יום שלשים היו עולין למקום מוכן ועושין בו סעודה ביום אחד ושלשים שהוא ראש חדש ואין עולין לשם בלילה אלא

ſeriùs, ducebant diem iſtum ſanctum & craſtinum [f], offerebantque ſuperaddendum in die ſequenti; ſiquidem poſt Mincham illum haut conſecrant. Ex quo Sanctuarium eſt deſolatum, ordinavit Rabban *Iochanan b. Saccai*, ac ſui temporis Synedrium, ut per integrum diem [g] teſtimonium ſuſciperent. Etiamſi advenerint teſtes in die trigeſimo circa diei finem, proximè ad occaſum Solis; ratum (*tamen*) habuerunt teſtimonium ipſorum, ſolùm diem trigeſimum ſanctum pronunciantes.

§. 7. Senatores menſem intercalaturi, propterea quod teſtes per integrum diem trigeſimum non acceſſerunt, aſcendebant in locum quendam paratum [h], in quo epulas libant die trigeſimo primo, qui primus eſt menſis. Non au-

coth Tephilla, cap. 3. §. 4. coll. *Commentario* in Cod. *Berachoth*, cap. 4. ϑ. 1. è *Gemara* l. c. fol. 26. b. l. 30. ſeqq. (f) Hunc, quòd obſervata erat Luna; craſtinum, quippe quo offerebatur ſacrificium. (g) Sacrificio enim jugi ceſſante, nulla pertimeſcenda amplius erat confuſio. (h) Cum *Luca* è cap. XII. 12. di-

בנשף קודם עלות השמש ואין עולין לסעודה זו פחותת מעשרה ואין עולין לה אלא בפת דגן וקטנית ואוכלין בעת הסעודה וזו היא סעודת מצוה של עבור החדש האמורה בכל מקום:

ח בראשונה כשהיו בית דין מקדשין את החדש היו משיאין משואות בראשי ההרים כדי שידעו הרחוקים

autem adſcendunt illuc nocte, ſed ſub crepuſculum, antequam Sol oriatur: nec adeunt convivium illud pauciores decem, & quidem ſolo pane frumentaceo ac legumineo inſtructi, quem comedunt ſtatuto convivii tempore. Et hoc eſt convivium illud in intercalatione Novilunii mandatum, de quo paſſim dicitur.

§. 8. Olim, cum Synedrium Novilunium initiabat, excitabant flammas [i] in montium ſummitatibus, ut ſcirent [k] longius diſſiti [l].

12. diceres ἀνώγεον ἐστρωμένον. (i) In quo ſenſu נשא occurrit II. *Sam.* V. 21. Conſ. *Iud.* XX. 38. 40. *Ier.* VI. 1. *Ezech.* XVII. 9. (k) E. Cod. *Roſch haſſchana*, cap. 2. ϑ. 2. Ibidem ϑ. 3. pergunt: *Quomodo flammam excitarunt? Adducebant vectes cedreos oblongos, calamos, ligna oleoſa, ac ſtupam lini. Quibus fune ligatis, in montis cacumen* (aliquis) *adſcendebat, ignem materiæ huic injiciens: quam ducebat, reducebatque, ſurſum deorſumque movebat, donec advertebat, quòd ſocius paria agat in monte ſecundo. Ita in monte tertio*, ac reliquis. Ordinem montium, in quibus flamma excitabatur, docent l. c. ϑ. 4. *Vndenam*, inquiunt, *inchoârunt excitare flammas? E monte Olivarum* (ſignum dederunt) *ei, qui in* (monte) *Sarteba, hinc* (monti) *Geruphina. Ex hoc* (monti) *Chavaran. Ex iſto*, (monti) *Beth-biltin. Qui in hoc monte, inde non deſcendit; ſed duxit, reduxitque, ſurſum deorſumque movit; usque dum tota turba capti-*

משקלקלו הכותיים שהיו משיאין משואות כדי להטעות את העם התקינו שיהו שלוחים יוצאין ומודיעין לרבים ושלוחין אלו אינן מחללין לא את יום טוב ולא את יום הכפורים ואין צריך לומר שבת שאין מחללין את השבת לקיימו אלא לקדשו בלבד:

ט על ששה חדשים היו שלוחיה יוצאין על ניסן מפני הפסח ועל אב מפני התענית ועל

ti [l]. Ex quo Cuttæi defraudârunt, flammam [m] excitantes, ut in errorem abducerent populum; ordinaverunt, ut (*postbac*) nuncii egredetentur, plurimis indicaturi. Hi verò nuncii nequeunt diem feriatum profanum habere, nec expiationis festum, nedum Sabbatum: quippe quod solum profanant ad initiandum mensem, non item [n] confirmandum.

§. 9. Circa sex Neomenias nuncii decurrunt [o]. Circa (*Novilunium*) Nisan, propter festum Paschatos (*in mense hoc celebrandum*). Circa Abh, propter jejunium [p]. Circa E-

---

captiva coràm pyram hanc ignis adverteret. (l) Isti præsertim, qui captivitate detinebantur ll. cc. (m) In die scilicet trigesimo mensis, quem Synedrium pronunciabat Embolismicum. (n) Cod. *Rosch hassch.* cap. 1. ϑ. 4. fol. 21. b. Rationem hujus afferunt è voce תקראו *promulgabitis.* (*Lev.* XXIII. 37.) Scilicet *ob promulgationem* quidem *profanationem Sabbati* dicunt *esse permissam*, non autem ob *promulgati confirmationem.* (o) Cod. *Rosch hassch.* cap. 1. ϑ. 3. (p) Præ aliis solenne Iudæis: quod *in isto die mala evenerint plura, quam in aliis diebus jejuniorum*, ceu notat R. *Obadias* ad l. c. Referuntur illa Codic. *Taanith*, in cap. 4. ϑ. 6. ac *Ge-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-508922-p0056-9

אלול מפני ראש השנה
כדי שישבו מצפין ביום
שלשים לאלול אם
נודע להם שקדשו בית
דין יום שלשים נוהגין
אותו היום קדש בלבד
ואם לא נודע להם
נוהגים יום שלשים
קדש ויום אחד ושלשים
קדש עד שיבואו להם
שלוחי תשרי ועל תשרי

Elul, propter anni auſpicium: ut (*auſpicio ejus cognito*) conſideant, exſpectantes diem menſis Elul trigeſimum. Si enim innoteſcit illis, quem diem Synedrium initiarit, hunc ſolum ſanctum ducunt: Si non innotuerit illis, tranſigunt tàm XXX. quàm XXXI. ſanctos q; usque dum ſupervenerint illis teſtes menſis Tiſri. Circa (*Novilunium*) Tiſri, ut feſta queant di-

---

Gemarâ l. c. fol. 29. a. verbis: *Quinque res infauſtæ evenêre patribus noſtris, in die nono menſis Abh. Scilicet hoc die contra eos decretum eſt, ne ingrederentur in terram promiſſam: templum primum ac ſecundum eo die eſt deſolatum: capta urbs Bitter* (De qua plura in Cod. *Gittin*, fol. 57. b.): *atque aratro foſſa eſt urbs Hieroſolyma.* Quibus ſuperaddit R. *Iſaac Abarbenel* ad *Hoſ.* V. v. 7. f. 232. col. 4. *vaſtationem ſcholæ Alexandrinæ, & ipſam inquiſitionem Hiſpanicam*, ſeu *præſcriptionem Iudæorum* An. C. 1492. *factam, & hoc ipſo die promulgatam.* Adde Cod. *Erachin*, fol. 11. b. Prolixè idem jejunium exponunt R. *Moſ. Maim.* in *Hilcoth Taanijoth*, cap. 5. integrô, Rabbenu *Iacob* in *Arba Turim*, cap. 550. ſeqq. (q) Diem enim trigeſimum, in quo feſtum novi anni celebratur, numerare nequit, qui neſcit, quando incipiat numerare primum. Si enim præcedens menſis intercalatus ſeu plenus fuerit; pro cavo illum reputantes, annum novum ritè celebrarent die XXXI, errorem initii anticipati compenſantes mora.

(r) Quo

מפני תקנת המועדות ועל כסליו מפני חנוכה ועל אדר מפני הפורים ובזמן שבית המקדש קיים יוצאין אף על אייר מפני פסח קטן:

י שלוחי ניסן ושלוחי תשרי אין יוצאין אלא ביום ר"ח אחר שתעלה השמש עד שישמעו מפי בית דין מקודש ואם קדשו בית דין בסוף יום ט' ועשרים כמו שאמרנו ושמעו מפי בית דין מקודש יוצאין מבערב ושלוחי שאר השנה

disponi. Circa Casleu, propter festum Encoeniorum [r]. Circa Adar, ob festum Purim [s]. Stante Templo, egrediebantur quoque circa mensem Ijar, propter Pascha minus [t].

§. 10. Nuncii propter Novilunia Nisan ac Tisri non egrediuntur, nisi in ipso die [u] Novilunii, post ortum Solis, quando audiverunt Synedrium pronuncians illud, *INITIATVS ESTO.* Si in fine diei XXIX Novilunium constituerit Synedrium, sicut diximus, audiverintque pronuncians: *INITIATVS ESTO*; sub ipsam vesperam egrediuntur. Circa reliqua No-

(r) Quo de vide 1. *Macc.* V. 59. R. *Mosen Maim. Part.* I. *Operum*, in *Hilcoth Megilla Vachanucha*, cap. 3. §. 1. seqq. *Iohan.* X, 22. dicitur ἐγκαίνια ἐν τοῖς ἱεροσολύμοις. (s) *Esth.* IX. 21. descriptum. Confer. R. *Maim. Hilcoth Megilla*, cap. II. §. 13. sqq. & Cod. *Megilla*, c. 1. ϑ. 4. (t) Minus est, quod solum unico die feriato constat, inordine secundum, ac in XV. nocte mensis sequentis comedendum. Confer. Cod. *Pesachim*, cap. 9. ϑ. 1. & 3. R. *Maim. Hilcoth Korban Pesach*, cap. 5. R. *Aaron. b. Elijahu Injan Pesach* M. S. cap. 7. (u) Commentator hoc absolutè ac solùm de Novilunio Nisan intelligit. Cum enim primus dies mensis Tisri, primus quippe novi anni, sit feria-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-508922-p0058-0

חדשים יש להם לצאת מבערב אחר שנראה הירח אף על פי שעדין לא קדשו בית דין את החדש הואיל ונראה: החדש יצאו שהרי למחר בודאי מקדשין אותו בית דין:

יא כל מקום שהיו השלוחין מגיעין היו עושין את המועדות יום טוב אחד ככתוב בתורה ובמקומות הרחוקים שאין השלוחין מגיעין אליהם היו עושין שני ימים מפני הספק לפי שאינם יודעין יום שקבעו בו בית דין את החדש אי זה יום הוא:

Novilunia de ſex memoratis ſub veſperam [x] nuncii egrediuntur, poſtquam Luna eſt viſa; etiamſi hactenus Synedrium menſem nondum initiarit. Poſtquam apparuit Novilunium, egrediuntur; certi, quod craſtino die illud Synedrii Aſſeſſores indubitatò ſint conſecraturi.

§. 11. Quocunque locorum nuncii pertingunt, unico ſolùm die feſta ſtatuta celebrant: eodem prorſus modo, quo lege cautum eſt. In locis vero diſſitis, quò non pertingunt Nuncii, duos dies habent feſtos: propter dubium, cum neſciant diem, quo conſtituerint Senatores Novilunium, ecquis ille ſit.

§. 12. Sunt

---

riatus, iter dictum ſuſcipi haut poterat. Dixeris igitur, egreſſos quidem eſſe nuncios, ſolum verò ad terminum, quem emetiri licebat, proceſſiſſe, reliquum intervallum diebus ſequentibus emenſi. Conf. Cod. *Roſch haſſch.* cap. 1. ϑ. 4. & R. *Iom tobh* ad l. c. Adde R. *Maimon.* infra §. 12. (x) Præſumitur ſcilicet, poſitis omnibus circumſtantiis Synedrium menſem initiaturum fore. In Niſan verò ac Tisri menſibus non ſolam præſumtionem admittunt; porrò evidentius teſtimonium urgentes. Siquidem ex horum cognitione feſtorum accurata diſpoſitio dependet.

(y) Quod

יב יש מקומות שהיו מגיעין אליהם שלוחי ניסן ולא היו מגיעין להן שלוחי תשרי ומן הדין היה שיעשו פסח יום אחד שהרי הגיעו להן שלוחין וידעו באי זה יום נקבע ראש חודש ויעשו יום טוב של חג הסוכות שני ימים שהרי לא הגיעו אליהם השלוחין וכדי שלא לחלוק במועדות התקינו חכמים שכל מקום שאין שלוחי תשרי מגיעין שם עושין שני ימים אפילו יום טוב של עצרת:

§. 12. Sunt quædam loca, ad quæ pertingunt nuncii mensis Nisan; quamvis non perveniant ad eadem ob(*mensem*) Tisri emissi. Unde justum est, ut eodem die omnes Pascha celebrent: pervenerunt enim ad eos nuncii, & nôrunt, in quô die fixum sit Novilunium. In festo autem Tabernaculorum duos celebrant dies festos (*initiales*); cum nuncii ad eos non perveniant. Ne igitur in festis dissentiant; ordinârunt sapientes nostri, ut quocunque locorum nuncii de(*mense*)Tisri non pertingunt, duos habeant dies feriatos, etiam pro celebranda ultima festi ejusdem feria.

יג וכמה בין שלוחי ניסן לשלוחי תשרי שני ימים ששלוחי תשרי אינן מהלכין באחד בתשרי מפני שהוא יום טוב ולא בעשירי בו מפני שהוא יום כפורים:

§. 13. Quantum intercedit discriminis inter Nuncios ob mensem Nisan emissos, & eos qui ob Tisri ablegantur? Duo dies. Nuncii quippe mensis Tisri non proficiscuntur in die primo Tisri, cum festus sit: neque in decimo, qui audit festum expiationis.

§. 14. Haut

יד אין השלוחין צריכין להיות שנים אלא אפילו אחד נאמן ולא שליח בלבד אלא אפילו תגר משאר העם שבא בדרכו ואמר אני שמעתי מפי בית דין שקדשו את החדש ביום פלוני נאמן ומתקנין את המועדות על פיו שדבר זה דבר העשוי להגלות הוא ועד אחד כשר נאמן עליו:

§. 14. Haut de necessitate est, ut duo sint nuncii; sed, etiamsi unicus fuerit, ipsi habetur fides. Quin non nuncio solùm, sed & mercatori, qui de reliquo populo, suum persequitur iter, ac asserit: Ego audivi ex ore Senatorum, quod posuerint Novilunium in diem N. plena habetur ipsi fides, & disponunt festa ad ipsius divulgatum. Recensuit enim rem hâc fine peractam, ut divulgaretur (*undique*). Tàm ipse, quàm testis solitarius est legitimus, ut habeamus ipsi fidem.

טו בית דין שישבו כל יום שלשים ולא באו עדים והשכימו בנשף ועברו את החדש כמו שביארנו בפרק זה ואחר ד׳ או ה׳ ימים באו עדים רחוקים והעידו שראו את החדש בזמנו שהוא ליל שלשי׳ ואפילו באו בסוף החדש מאיימין עליהן איום גדול ומטריפין אותם בשאלות ומטריחין עליהן

§. 15. Sederint Senatores per integrum diem XXX, qui, nullis accedentibus testibus, sub ipsum crepusculum matutinum surgentes, mensem pronunciarint intercalarem, sicut in hoc ipso capite exposuimus: Accesserint verò post quatuor aut quinque dies testes longinqui, perhibentes, Lunam novam à se visam stato tempore, quod est noctis trigesimæ: etiamsi sub finem mensis demum advenerint, magnoperè illos terrere student,

בבריקות ומדקדקין בעדותם ומשתדלין בית דין שלא יקדשו חדש זה הואיל ויצא שמו מעובר:

יו ואם עמדו העדים בעדותן ונמצאת מכוונת והרי העדים אנשים ידועין ונבונים ונחקרה העדות כראוי מקדשין אותו וחוזרין ומונין לאותו החדש מיום שלשים הואיל ונראה הירח בלילו:

dent [y], quæstionibus exagitant, explorationibus defatigant, ac accuratè eorum testimonium inquirendo operam navant Senatores, ne hoc mensis initium [a] consecrare [z] cogerentur, qui jam intercalati nomine erat divulgatus.

§. 16. Quando testes in testimonio suo perseverant, ipsumque ratum deprehenditur; præterea quoque testes noti ac periti fuerint; testimonio sufficienter explorato, mensem [b] consecrant, ac, mutato calculo supputant hunc mensem à die (*præcedentis*) XXX; utpote in cujus nocte Luna apparuerat.

§. 17. Quod

(y) Quod & in quorumvis aliorum examine commendant in Cod. *Sanhedr*. cap. 3. ℌ. 6. Adde R. *Mos. b. Maim. Hilcoth Eduth*, cap. 17. (z) Non equidem solenni initiatione, vi Cod. *Rosch hasch*. cap. 2. ℌ. 7. Adde R. *Mos. b. Maim*. supra cap. 2. §. 8. Habebant verò diem XXX. hujus mensis primum ab eodemque dies supputabant, haut secus, ac si in ipso hoc die solennis initiatio obtinuisset. Adde tamen c. h. §. 1. (a) Scilicet ab his testibus postliminiò demum allatum: nimirum diem, quem dixerunt præcedentis mensis trigesimum: cujus intuitu, dictus ille jam fuerat intercalatus. Vid. supr. cap. 1. ℌ. 4. (b) Diem scilicet à testibus

יז ואם הוצרכו בית דין להניח חדש זה מעובר כשהיה קודם שיבאו העדים אלו מניחין וזה הוא שאמרו מעברין את החדש לצורך ויש מן החכמים הגדולים מי שחולק בדבר זה ואומר לעולם אין מעברין את החדש לצורך הואיל ובאו עדים מקדשין ואין מאיימין עליהן:

יח יראה לי שאין מחלוקת החכמים בדבר זה אלא בשאר החדשים חוץ מן ניסן ותשרי או בעידי ניסן ותשרי שבאו אחר שעברו הרגלים שכבר נעשה מה שנעשה ועבר זמן הקרבנות וזמן

§. 17. Quod si verò necessitas quædam urgeat Senatores, ad retinendum mensem istum intercalatum, qualis fuerat, antequam testes illi advenerant, retineant. Est enim talis, de quo dicunt, quod Embolismicum nuncupaverint ex necessitate [c]. Est tamen inter magni nominis Doctores quispiam, qui in hac re dissentit, asserens, nunquam ex necessitate mensem intercalari, sed, advenientibus testibus (*de novo*), illico initiandum esse, nullo prius injecto testibus terrore.

§. 18. Nullum verò sapientum dissensum esse in hoc negocio arbitror, præterquam in reliquis, præter Nisan ac Tisri, Noviluniis; ac forte, quando testes mensium Nisan & Tisri post festa demum accesserunt, factum [d] infectum nequit fieri, suntque & sacrificiorum &

 fe-

bus designatum. (c) Suppleturi die intercalato residuas in quibusvis Noviluniis horas, ac minuta. (d) Sacrificium enim superaddendum jam erat oblatum, nec aliquod festum certo præcisè termino alligatum in eodem mense supererat, quale in laudatis mensibus Nisan & Tisri celebrandum esse

המועדות אבל אם באו העדים בניסן ותשרי קודם חצי החדש מקבלין עדותן ואין מאיימין עליהן כלל שאין מאיימין על עדים שהעידו על החדש שראוהו בזמנו כדי לעברו:

יט אבל מאיימין על עדים שנתקלקלה עדותן והרי הדבר נוטה וגנאי שלא תתקיים העדות ויתעבר החדש מאיימין עליהן כדי שתתקיים העדות ויתקיים החדש בזמנו וכן אם באו עדים להזים את העדים שראוהו בזמנו קודם שקדשוהו בית דין הרי אלו מאיימין על המזוימין עד שלא תתקיים ההזמה ויתקדש החדש בזמנו:

festorum termini præterlapsi. Si verò advenerint testes in Nisan & Tisri, ante dimidium mensis exactum; testimonium eorum suscipiunt, nec terrent eos penitus. Non enim terrorem testibus injiciunt, qui testantur de Novilunio ab ipsis viso in tempore consueto, ut intercalare eum possint.

§. 19. Verùm injiciunt testibus terrorem, quorum testimonium est lubricum. Tunc enim negocium vacillat, & ignominiosum est, non habere testimonium stabile, sed intercalandum esse mensem. Movent igitur terrorem, ut testimonium ratum appareat, ac Novilunium suo constituatur tempore. Similiter si advenerint testes, qui dolosos asserant priores de visa tempore suo novâ Lunâ testatos, antequam Synedrium mensem initiaverat; tunc terrorem incutiunt Senatores de fraude accusantibus, ne subsistat eorum injecta suspicio, sed initietur Novilunium stato sibi tempore.

CAP.

---

esse novimus. Quorum autem festorum terminus determi-

פרק רביעי CAPVT IV.

א שנה מעוברת היא שנה שמוסיפין בה חדש ואין מוסיפין לעולם אלא אדר ועושין אותה שנה ב' אדרין אדר ראשון ואדר שני ומפני מה מוסיפין חדש זה מפני זמן האביב כדי שיהא הפסח באותו זמן שנאמר שמור את חדש האביב שיהיה חדש זה בזמן האביב ולולי הוספת החדש הזה הפסח בא פעמים בימות החמה ופעמים בימות הגשמים:

ב על שלשה סימנין מעברין את השנה על התקופה ועל האביב

§. 1. Annus intercalaris [e] est annus, cui mensem adjecerunt. Nunquam autem (*alium mensem*) adjiciunt præterquam Adar, ac annum hunc constituunt duorum Adarim, primi ac secundi. At quare interponunt hunc mensem? propter tempus spicæ, ut Pascha existat isto tempore; S. S. E. *Deut.* XVI. v. 1. *Custodi mensem Abib* (*spicæ*), ut scilicet constituatur hic mensis tempore spicarum [f]. Nisi enim adjeceris hunc mensem (*Adar*), Pascha quandoque in dies æstu calentes, quandoque in dies imbribus madidos incideret.

§. 2. Tria signa [g] respiciunt, annum intercalatum pronunciaturi: Solis revolutionem, spicam, ac fructus arborum.

 Quo-

minatus est, illa hâc ratione ad fixum suum tempus accuratius possunt reduci. (e) Prægnans dicitur, *ob tredecim menses, quibus est imprægnatus, ceu mulier fœtu gravida*, ut loquitur *Commentator* ad h. l. (f) Cod. *Sanhedr.* fol. 12. b. l. 25. Adde R. *Mosen Mikkozi* in *Præcept. Affirm.* XLVI. & XLVII. R. *Iacob* in *Arba Turim*, cap. 427. & 428. (g) Cod. *Sanhedrin*, fol.

tercalarium excessum, qui conficit 5, 21°, 589′, collegeris, ac conjunctim sumta per septimanas diviseris; erunt residui II dies, XVI horæ ac DXCV minuta, notanda signis 2, 16°, 595′. quæ sunt residuum cujusque (*Lunæ-Solaris*) Circuli.

§. 13. Quod si natalem inchoati Circuli (*Lunæ-Solaris*) cognoveris, ac eidem 2, 16°, 595′, adjeceris; prodibit sequentis anni Lunæ-Solaris auspicium. Atque ita natalis cujuslibet Circuli Lunæ Solaris ad finem usque mundi dignoscitur. Iam verò ante* notavimus, quod natalis primi anni Lunæ-Solaris in 2, 5°, 204′ mensis Tisri anni ejusdem inciderit. Natalis autem anni est (*mensis*) Tisri ejusdem anni natalis.

§. 14. Et hâc ratione cognosces cujusvis anni natales desideratos, nec non mensis cujuscunque primordia postulata; tam de annis, qui dudum præteriêre, quam qui adhuc sunt futuri. Quomodo? Sume annos, qui à

(*) Suprà §. 8.

ותעשה אותם מחזורין
של תשע עשרה שנה
תשע עשרה שנה עד
תשרי של אותה השנה
ותדע מניין המחזורין
שעברו ומניין השנים
שעברו ממחזור שעדיין לא
נשלם ותקח לכל מחזור
ומחזור ב׳ י״ו תקצ״ה ולכל
שנה ושנה פשוטה משני
המחזור שלא נשלם
ד״ח תתע״ו ולכל שנה
מעוברת הכ״א תקפ״ט
ותקבץ הכל ותשליך החלקים
שעות ותשליך השעות
ימים והימים תשליכם
ז׳ ז׳ והנשאר מן הימים
ומן השעות והחלקים
הוא מולד שנה הבאה
שתרצה לידע מולדה:

טו מולד השנה שיצא
בחשבון זה הוא מולד
ראש חדש תשרי וכשתוסיף

mundo condito sunt præterlapsi & absoluti, ac redige eos in Circulos meros annorum XIX, (annum Lunæ-Solarem constituentes), usque ad mensem Tisri istius anni. Ita deprehendes numerum annorum Lunæ-Solarium, qui præterierunt; pariterque summam annorum, qui de anno Lunæ-Solari præsenti, nec hactenus finito sunt præterlapsi. Deinde pro quovis Lunæ-Solari anno 2, $\overset{\circ}{16}$, $\overset{\prime}{595}$ assume, pariterque pro anno Circuli istius nondum finiti vulgari 4, $\overset{\circ}{8}$, $\overset{\prime}{876}$, ac quovis intercalari anno 5, $\overset{\circ}{21}$, $\overset{\prime}{589}$; et omnia adde invicem, minutis ad horas, horis ad dies, diebus verò ad septimanas translatis. Excessus enim dierum, horarum ac minutorum manifestant natales anni futuri desideratos.

§. 15. Anni hujus natales, qui è calculo nostro prodeunt, sunt mensis Tisri [e] natales. Quod si istis adjeceris 1, $\overset{\circ}{12}$,

793,

(e) Quem habent anni novi civilis auspicium. Variat alio-

עליו א״ב תשצ״ג יצא
מולד מרחשון וכשתוסיף
על מרחשון א״ב תשצ״ג
יצא מולד כסליו וכן
לכל חדש וחדש זה אחר זה
עד סוף העולם:

$\overset{\prime}{793}$, cognoſces Lunam novam menſis Marcheſvan: cui, ſi itidem adjeceris $1, \overset{\circ}{12}, \overset{\prime}{793}$; initium menſis Caslev prodibit. Atque ſic ſingula Novilunia, unum poſt alterum, ad finem usque mundi (*obſervabis*).

פרק שביעי

CAPVT VII.

א אין קובעין לעולם
ראש חדש תשרי לפי
חשבון זה לא באחד
בשבת ולא ברביעי בשבת

§. I. Nunquam menſis Tiſri exordium, juxta hunc calculum collocant in primum ſeptimanæ [f] diem, nec in quartum ſeptimanæ, nec in

---

alioquin juxta varia objecta anni Iudaici exordium, ceu tradunt in Cod. *Roſch haſſchana*, cap. 1. &. 1. verbis: *Quatuor ſunt anni novi initia. In primo die menſis Niſan novus annus habetur pro Regibus Iſraëlitarum & feſtis. In primo die menſis Elul novus annus eſt pecoris decimandi: Rabbi Elieſer, & Rabbi Simeon aſſerunt, illud in die primo menſis Tiſri fore. In primo die menſis Tisri novus annus habetur pro annis* (cum regibus gentium, à mundo condito numerandis), *itemque pro annis Sabbaticis, ac Iubilæis, nec non pro conſitis* arboribus, *ac* decimis *de oleribus* ſolvendis. *In die primo menſis Schebath anni eſt auſpicium, pro arborum* fructibus decimandis; *ita quidem opinante ſectâ Schammæana. Hilleliani illud ad diem decimum quintum ejusdem menſis referunt.* (f) Eſt enim vocis שבת ſignificatus generalior, non ſe-

ולא בערב שבת וסימן
להם אד"ו אלא כשיהיה
מולד תשרי באחד משלשה
ימים האלו קובעין ראש
חדש ביום של אחריו כיצד
הרי שהיה המולד באחד
בשבת קובעין ראש חדש
תשרי יום שני ואם היה
המולד ברביעי קובעין ראש
חדש יום ה' ואם היה
המולד בששי קובעין ראש
חדש בשביעי:

ב וכן אם יהיה
המולד בחצי היום או
למעלה מחצי היום קובעין
ראש חדש ביום של
אחריו כיצד הרי שהיה
המולד ביום שני בו' שעות
ביום או יותר על שש

in veſperam Sabbati, notandos 1, 4, 6. Verum, ſi in quendam trium horum dierum natales menſis Tisri incidant; in die demum ſequente, menſis figunt auſpicium. Quomodo? Eſto, natales in primum Septimanæ diem incidere; in die demum ſecundo initium menſis Tiſri figunt. Quod ſi in quartum natales cadant; in quinto celebrant: quod ſi verò in ſextum; in ſeptimo die menſis auſpicium ponunt.

§. 2. Similiter, ſi natales (*Novilunii*) in meridiem, ac intervallum ultra diem dimidium porrectum incidant; in ſequenti demum die initia figunt. Quomodo? Eſto, natales in diei ſecundi horam ſextam, vel ſequentes diei ejusdem horas incidere; die tertio men-

---

ſeptimum ſolum diem, ſed ipſam ſeptimanam deſignans. Quò referunt illud Phariſæi: Νηςεύω δὶς τῦ σαββάτυ, *Luc.* XVIII. 12. Vnde obtinuit, ut, quotus ſit ſeptimanæ dies, notaturi, ſecundum ordinem dies ſupputent, ac totum τῦ שבת nuncupent. Pertinet huc illud novi fœderis: τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων, *Matth.* XXIV. 1. XXIIX. 1. *Marc.* XVI. 2. *Ioh.* XX. 1. *Act.* XX. 7. quod *Marc.* XVI. 9. exprimitur πρώτῃ σαββάτυ.

שעורת קובעין ראש חדש
בשלישי ואם יהיה המולד קודם
חצי היום אפילו בחלק. אחר
קובעין ראש החדש באותו יום
המולד עצמו והוא שלא יהיה
אותו היום מימי א״דו:

ג כשיהיה המולד בחצי
היום או אחר חצות וידחה
ליום של אחריו אם יהיה יום
של אחריו מימי אד״ו הרי זה
נדחה לשל אחריו ויהיה ראש
החדש קבוע בשלישי מיום
המולד כיצד הרי שיהיה המולד
בשבת בחצות סימן ז״ח
קובעין ראש החדש בשנה
שמולדה כזה בשני בשבת וכן
אם היה המולד בשלישי
בחצות או אחר חצות קובעין
ראש החדש בחמישי בשבת:

ד מולד תשרי שיצא
בחשבון זה בליל שלישי
בתשע שעות בלילה ומאתים
וארבעה חלקים משעה

mensem ordiuntur. Verum, si Luna nova meridiem antevertat, etiamsi unico solùm minuto; in ipso hoc Lunæ novæ die mensem auspicantur: modo dies hic non fuerit aliquis è I, IV, ac VI diebus.

§. 3. Quando (*Mensis*) natalis vel in meridie, vel post meridiem habetur, ac ad diem sequentem transfertur; tum, si dies sequens fuerit I, IV, aut VI dies, in diem subsequentem protruditur, ac in tertio à natalium die auspicium mensis figitur. Quomodo? Esto, (*Mensis*) natales in Sabbati meridiem incidere, notandum 7, $\overset{\circ}{18}$: in secundo (*demum*) hebdomadis die mensis auspicium, in anno, cujus Natales huic similes sunt, collocant. Similiter, si natalis in tertii diei meridiem incidit, vel postea notatur; in quinto demum septimanæ die mensem inchoant.

§. 4. Natalis (*mensis*) Tisri, qui ductu hujus calculi in noctem tertiam, post horam noctis istius nonam, in CCIV minutum horæ decimæ, notandum 3, $\overset{\circ}{9}$, 204, incidit, vel

עשירית סימנה ג"ט ר"ד או יותר על זה אם היתה שנה פשוטה דוחין את ראש החדש ואין קובעין אותו בשלישי בשנה זו אלא בחמישי בשבת:

ח וכן אם יצא מולד תשרי ביום שני בשלש שעות ביום וחמש מאות ושמנים ותשעה חלקים משעה רביעית סימנה בט"ו תקפ"ט או יתר על כן אם היתה אותה השנה מוצאי המעוברת שהיתה השנה הסמוכה לה שעברה מעוברת אין קובעין ראש החדש בשני בשנה זו אלא בשלישי:

ו היה מולד השנה הפשוטה שאמרנו שתרחה לחמישי פחות חלק אחד כגון שיצא סימנה ג"ט ר"ג או פחות מזה קובעין אותה בשלישי וכן אם היה מולד מוצאי העיבור ביום שני פחות חלק כגון שהיה סימנה בט"ו תקפ"ח או פחות מזה קובעין אותה בשני נמצא

etiam poſtea contingit; ſi annus fuerit vulgaris, auſpicium menſis tranſponunt: nec in tertio, ſed quinto demum ſeptimanæ die, in tali anno, ordiuntur.

§. 5. Atque ita, ſi (*menſis*) Tiſri natalis in diem ſecundum inciderit, poſt horam diei tertiam, in DLXXXIX minutum horæ quartæ, notandum 2, $\overset{o}{15}$, $\overset{\prime}{589}$, vel poſteà contigerit, ac annus immediatè præcedens, & huic vicinus, fuerit intercalaris; auſpicium menſis non in ſecundo die hebdomadis, ſed tertio, in tâli anno, inchoant.

§. 6. Evenerint anni vulgaris natales, quos diximus ad quintum diem transferri, unico minuto citius, ut v. g. prodeat ejus numerus 3, $\overset{o}{9}$, $\overset{\prime}{203}$, vel iſtô minor; in tertio die annum initiant. Sic, ſi natales in fine anni Emboliſmici in die ſecundo, unico vel pluribus minutis citius evenerint, v. g. quando prodit iſtius calculus, 2, $\overset{o}{15}$, $\overset{\prime}{588}$, aut minor

דרך קביעת ראש חדש תשרי לפי חשבון זה כך הוא תחשוב ותדע המולד באי זה יום יהיה ובכמה שעות מן היום או מן הלילה ובכמה חלקים מן השעה ויום המולד הוא יום הקביעה לעולם אלא אם כן היה באחד בשבת או ברביעי או בערב שבת או אם היה המולד בחצות היום או אחר חצות או אם היה במאתים וארבעה חלקים משעה עשירית מליל שלישי או יותר על זה והיתה שנה פשוטה או שהיה המולד בחמש מאות ותשעה ושמנים חלקים משעה רביעית מיום שני והיתה השנה פשוטה שאחר המעוברת שאם יארע באחד מארבעה דברים האלו אין קובעין ביום המולד אלא ביום שלאחריו או של אחר אחריו בדרך שבארנו׃

nor illo; in die ſecundo illum conſtituunt. Ratio igitur initium menſis Tiſri, ſecundum hunc calculum, determinandi iſta eſt: Supputes, ut noſcas (*novi anni*) natalem, ecquo die ille eveniat, & quâ horâ noctis vel diei, ac quo horæ minuto. Dies enim, in quem ejus natales incidunt, ſemper eſt dies, in quo (*annum novum*) inchoant. Verum, ſi hoc modo vel in primum ſeptimanæ diem, vel in quartum, aut in veſperam Sabbati cadat; vel, ſi natalis in meridie, aut poſt meridiem eveniat; vel, ſi in horæ decimæ, de nocte tertiâ, minutum CCIV aut plura minuta incidat, ac fuerit annus vulgaris; vel denique, ſi in die ſecundo, ejusque horæ quartæ minuto DLXXXIX natalis notetur, fueritque annus vulgaris intercalarem excipiens; ſi inquam una de quatuor his conditionibus contingat; in ipſum natalem diem (*annum novum*) non figunt: ſed vel in ſequentem, vel tertium abhinc diem collocant, eo, quem explicavimus, modo.

§. 7.

ז ומפני מה אין קובעין
בחשבון זה בימי אד"ו לפי
שהחשבון הזה הוא לקיבוץ
הירח והשמש בהלוכם האמצעי
לא במקום האמתי כמו
שהודענו לפיכך עשו יום
קביעה ויום דחייה כדי לפגוע
ביום קיבוץ האמתי כיצד
בשלישי קובעין ברביעי דוחין
בחמישי קובעין בששי דוחין
בשבת קובעין אחד בשבת
דוחין בשני קובעין:

ח ועיקר שאר הארבע
דחיות אלו הוא זה העיקר
שאמרנו שהחשבון הזה
במהלך אמצעי וראיה לדבר
שהמולד יהיה בליל שלישי
וידחה לחמישי פעמים רבות
לא יראה ירח בליל חמישי
ולא בליל ששי מכלל שלא
נתקבצו השמש והירח קבוץ
אמתי אלא בחמישי:

§. 7. Quare in primum, quartum, ac sextum septimanæ dies, hoc calculo obtinente, (*novilunia*) non collocant? quia calculus hic sequitur conjunctionem Solis ac Lunæ, quæ e motu ipsorum medio procedit; non è loco vero, sicuti indicavimus. Propterea tàm diem constitutionis, quâm trajectionis diem posuère; ut veræ conjunctionis tempus hoc modo assequantur. Quomodo? Si in tertiam septimanæ diem cadat, in eo constituunt; Si in quartam, transjiciunt: in quinto die constituunt, in sexto transjiciunt: In Sabbato constituunt: in primo septimanæ die transjiciunt, & in secundo die, (*si in illum cadat*,) figunt seu constituunt.

§. 8. Idem quoque reliquarum quatuor transpositionum est fundamentum, quod indicavimus; hunc scilicet calculum ad motum medium definiri. Et manifesta in hac re militat ratio: quia, Natali in noctem tertiam cadente, & in quintam trajecto, aliquoties luna nondum videtur in nocte quintâ, quin nec in sexta. Id quod indicat, veram Lunæ cum Sole conjunctionem non nisi in quinto contigisse.

פרק שמיני CAPUT VIII.

א חדשה של לבנה תשעה ועשרים יום ומחצה ותשצ״ג חלקים כמו שבארנו ואי אפשר לומר שראש החדש יהיה במקצת היום עד שיהיה מקצת היום מחדש שעבר ומקצתו מהבא שנאמר עד חדש ימים מפי השמועה למדו שימים אתה מחשב לחדש ואי אתה מחשב שעות:

ב לפיכך עושין חדשי הלבנה מהן חדש חסר ומהם חדש מלא חדש חסר תשעה ועשרים יום בלבד ואף על פי שחדשה של לבנה יתר על זה בשעות וחדש מלא משלשים יום ואף על פי שחדשה של לבנה פחות מזה בשעות כדי שלא לחשב שעות בחדש אלא ימים שלמים:

ג אילו היה חדשה של לבנה תשעה ועשרים יום

§. 1. Mensis Lunaris XXIX diebus cum dimidio, ac DCCXCIII minutis absolvitur. Dici verò nequit, quod mensis auspicium in diei (*certam*) aliquam partem incidat, ut alia diei portio sit de mense præcedente, alia de mense futuro, S. S. E. *Num.* XI. 20. *ad mensem dierum*. Ex orali enim traditione hinc didicerunt, quod dies [h] mensi annumeres, non item horas.

§. 2. Quapropter menses lunares alios constituunt cavos, alios plenos. Cavus mensis est solum XXIX dierum; quamvis mensis lunaris superet hoc spatium, aliquot horis: Et mensis plenus è XXX diebus componitur; quamvis mensis lunaris minus hôc contineat, quoad horas. Ne scilicet horas annumerent mensi, sed integros saltem dies.

§. 3. Quod si XXIX diebus ac dimidio tantùm die mensis lunaris

(g) Cod. *Rosch hasschana*, cap. 2. fol. 25. a. l. 26. (h) Cod. *Megilla*

ומחצה בלבד היו כל השנים חדש מלא וחדש חסר ויהיו ימי שנת הלבנה שלש מאות ארבעה וחמשים ששה חדשים חסרים וששה חדשים מלאים אבל מפני החלקים שיש בכל חדש וחדש יותר על חצי היום יתקבץ מהן שעות וימים עד שיהיו מקצת השנים חדשים חסרים יתר על המלאים ובמקצת השנים חדשים מלאים יותר על החסרים:

ד׳ יום שלשים לעולם עושין אותו ראש חדש בחשבון זה אם היה החדש שעבר חסר יהיה יום שלשים ראש חדש הבא ואם יהיה החדש שעבר מלא יהיה יום שלשים ראש חדש הואיל ומקצתו ראש חדש ויהיה תשלום החדש המלא שעבר ויהיה יום אחד ושלשים ראש חדש הבא וממנו הוא המנין והוא יום הקביעה ולפיכך עושין ראשי חדשים בחשבון

naris abſolveretur; in quocunque anno (*alternatim*) haberemus [i] menſem cavum, ac plenum, annusque lunaris deſcriberetur CCCLIV diebus, ſcilicet, ſex menſibus plenis, totidemque cavis. Verum ex minutis, quæ in quocunque menſe dimidium diem excedunt, horæ ac dies colliguntur; ut quidam anni plures menſes cavos, quam plenos, quidam anni plures plenos, quam cavos menſes complectantur.

§. 4. Diem trigeſimum perpetuò menſis initium faciunt, hoc obtinente calculo. Quod ſi menſis præterlapſus cavꝰ fuerit; dies (*ejus*) XXX eſt menſis ſequentis exordium. Si verò fuerit menſis præterlapſus plenus; (*ideo*) dies XXX menſis eſt exordium, quia aliqua ejus portio eſt auſpicium ſequentis, & (*altera ejus pars*) ſupplementum menſis pleni præcedentis: in cujus die XXXI ponimus auſpicium menſis ſequentis, & ab illo numerare incipimus, in ipſo diem primum figentes. Unde menſium exordia juxta hunc calculum con-

f. 8. a. l. 24. (*i*) Cod. *Erachin*, fol. 9. b. l. 6. ſeqq. (*k*)

זה חרש אחר יום אחר בלבר וחרש אחר שני ימים:

ה סרר החרשים המלאים והחסרים לפי חשבון זה כך הוא תשרי לעולם מלא וטבת לעולם חסר ומטבת ואילך אחר מלא ואחר חסר על הסרר כיצר טבת חסר שבט מלא ארר חסר ניסן מלא אייר חסר סיון מלא תמוז חסר אב מלא אלול חסר ובשנה המעוברת ארר ראשון מלא וארר שני חסר:

ו נשארו שני החרשים שהן מרחשון וכסליו פעמים יהיו שניהם מלאים ופעמים יהיו שניהם חסרים ופעמים יהיה מרחשון חסר וכסליו מלא ושנה שיהיה בה שני חרשים אלו מלאים היא שנקראו חרשיה שלמים ושנה שיהיו בה שני חרשים אלו חסרים נקראו חרשיה חסרין ושנה

conficiunt in quodam menſe unicum ſaltem diem, in alio verò menſe dies duos.

§. 5. Hæc verò eſt plenorum atque cavorum menſium ſecundum hunc calculum ſeries [k]: Tiſri ſemper eſt plenus: Tebeth ſemper cavus eſt. A Tebeth ac ultrà ſecundum ordinem alter cavus, alter plenus eſt. Quomodo? Tebeth eſt cavus, Schebath plenus, Adar cavus, Niſan plenus, Ijjar cavus, Sivan plenus, Tammus cavus, Abh plenus, Elul [l] cavus. In anno verò intercalari primus Adar [m] plenus eſt, poſterior cavus.

§. 6. Reſtant duo menſes, Marcheſvan ac Caslev, qui utrique aliquando pleni ſunt, aliquando cavi: aliquando Marcheſvan cavus, ac Caslev plenus. Is verò annus, in quo ambo menſes pleni ſunt, eſt, de quo dicunt, quod ejus menſes ſint perfecti. Anni verò iſtius, in quo ambo menſes ſunt cavi, menſes nuncupantur deficientes. Iſtius autem an-

ni

(k) Conf. R. *Moſ. Mikkozi* l. c. in Præc. Affir. XLVII. Rabbenu *Jacob* l. c. c. 428. (l) Cod. *Roſch haſſch.* fol. 19. b. l. 12. ſeqv. (m) l. c. lin. 32. ſeqq. Cod. *Bechoroth*, fol. 58. a lin. 17. ſeqq.

שיהיה בה מרחשון חסר וכסליו מלא נקראו חדשיה כסדרן:

ז דרך ידיעת השנה אם חדשיה מלאים או חסרין או כסדרן לפי חשבון זה כך הוא תדע תחלה יום שנקבע בו ראש השנה שתרצה לידע סדור חדשיה כמו שבארנו בפרק שביעי ותדע יום שיקבע בו ראש השנה של אחריה ותחשב מנין הימים שביניהן חוץ מיום הקביעה של זו ושל זו אם תמצא ביניהן שני ימים יהיו חדשי השנה חסרין ואם תמצא ביניהן שלשה ימים יהיו כסדרן ואם תמצא ביניהן ד' ימים יהיו חדשי השנה שלמים:

ח במה דברים אמורים כשהיתה השנה שתרצה לידע סידור חדשיה פשוטה אבל אם היתה מעוברת אם תמצא בין יום קביעתה ובין יום

ni, in quo Marchesvan cavus, ac Caslev plenus habetur, menses dicuntur secundum ordinem suum (*determinati*).

§. 7. Modus, per quem cognoscimus, cujus anni menses pleni vel cavi, vel secundum ordinem (*determinandi*) sint, juxta hunc calculum talis est. Primùm cognosce diem, in quem anni, de quo mensium ordinationem nosse cupis, cadit auspicium, juxta ea, quæ in capite VII tradidimus. Ita cognosces quoque diem, in quem proximè sequentis anni cadat initium. Quibus cognitis, summam dierum, qui duo hæc initia intercedunt [n], diebus utriusque anni primis demtis, supputa. Quod si duos inter ista deprehenderis dies; cavi futuri sunt menses: si tres deprehendis; secundum ordinem erunt locandi: et si quatuor intercedunt dies; menses hujus anni erunt pleni.

§. 8. De quonam (*anno*) hæc dicta valent? Si annus, de quo mensium ordinationem nosse desideras, fuerit vulgaris. Verum, si intercalaris fuerit, ac IV dies utriusque anni exordia inter-

(n) Cod. *Erachin*, fol. 9. b. lin. 12. seqq.

(o)

קביעת שנה של אחריה ארבעה ימים יהיו חדשי אותה שנה המעוברת חסרים ואם תמצא ביניהן חמשה ימים יהיו כסדרן ואם תמצא ביניהן ששה יהיו שלמים׃

ט כיצד הרי שרצינו לידע סידור חדשי שנה זו והיה ראש השנה בחמישי והיא פשוטה וראש השנה של אחריה בשני בשבת, נמצא ביניהן ג׳ ימים ידענו ששנה זו חדשיה כסדרן ואילו היה ראש השנה שלאחריה בשלישי היו חדשי השנה זו שלמים ואילו היה ראש השנה בשנה זו בשבת ובשנה של אחריה בשלישי בשבת היו חדשי שנה זו חסרין ועל דרך זו תחשב לשנה המעוברת כמו שבארנו׃

intercedere adverteris; menſes anni hujus intercalaris erunt cavi. Si quinque intercedere dies adverteris; menſes hujus anni ad ordinem ſunt intercalandi. Quod ſi ſex dies intercedere deprehenderis; (*menſes*) erunt pleni.

§. 9. Quomodo? Eſto, velle nos dignoſcere menſium in anno hoc ordinationem: caderet autem auſpicium hujus anni, qui vulgaris foret, in diem quintum, initium verò ſequentis anni in diem ſeptimanæ ſecundum. Deprehenduntur tres dies iſta intercedere. Cognoſcimus igitur, quod anni hujus menſes ſecundum ordinem ſint intercalandi. Quod ſi verò anni ſubſequentis initium in diem tertium incidit; menſes hujus anni erunt pleni. Et, ſi anni hujus initium in ipſum Sabbatum procidit, ſubſequentis verò in diem ſeptimanæ tertium; erunt menſes anni hujus cavi. Ad hunc quoque modum pro anno intercalari ſupputabis, prout explicavimus.

י יש שם סימנין שתסמוך עליהן כדי שלא תטעה בחשבון סידור חדשי השנה והן בנויין על עיקרי זה החשבון והקביעות והדחיות שבארנו דרכם ואלו הן כל שנה שיהיה ראש השנה בה בשלישי תהיה לעולם כסדרן לפי חשבון זה בין פשוטה בין מעוברת ואם יהיה ראש השנה בשבת או בשני לא תהיה כסדרן לעולם בין בפשוטה בין במעוברת ואם יהיה ראש השנה בחמישי אם פשוטה היא אי אפשר שיהיו חדשיה חסרים לפי חשבון זה ואם מעוברת היא אי אפשר שיהיו חדשיה כסדרן לפי חשבון זה:

§. 10. Sunt quædam ſigna, quibus tutò inniteris, ne in errorem abducaris in computanda menſium anni ordinatione. Illa verò calculi hujus, itemque initiationum ac transpoſitionum, quarum explicavimus leges, fundamentis ſunt ſuperſtructa. Et ſunt ſequentia: Cujuscunque anni initium in diem (*ſeptimanæ*) tertium incidit, iſtius (*menſes*) perpetuâ lege, vi hujus calculi, ad ordinem intercalantur; ſive vulgaris ille fuerit, ſive intercalaris. Si verò anni auſpicium in Sabbatum, aut diem ſecundum cadit; nunquam ſecundum ordinem ſuum menſes intercalantur, ſive annus fuerit vulgaris, ſive intercalaris. Si denique in quintum (*ſeptimanæ*) diem novi anni initium incidit, ac annus fuerit vulgaris; nequeunt, vi hujus calculi, menſes eſſe cavi: ſi verò intercalaris fuerit; nequeunt menſes ſecundum ordinem, vi ejusdem calculi, determinari.

פרק תשיעי

CAPVT IX.

א שנת החמה יש מחכמי ישראל שאומרים שהיא שלש מאות חמשה וששים יום ורביע יום שהוא שש שעות ויש מהן שאומרים שהוא פחות מרביע היום וכן חכמי יון ופרס יש ביניהן מחלוקת בדבר זה:

ב מי שהוא אומר שהיה שלש מאות וחמשה וששים יום ורביע היום ישאר מכל מחזור של תשע עשרה שנה שעה אחת וארבע מאות וחמש ושמנים חלקים כמו שאמרנו ויהיה בין תקופה לתקופה אחד ותשעים יום ושבע שעות וחצי שעה ומשתדע תקופה אחרת באי

§. 1. Annum Solarem alii Doctorum Iudæorum asserunt esse dierum CCCLXV, ac quadrantis diei, qui sex conficit horas: Sunt verò eorum alii, qui eundem diei quadrante minorem asserunt (o). Similiter & Græcorum, Persarumque Doctores in hac materia dissentiunt.

§. 2. Asserenti, annum hunc Solarem CCCLXV dierum, ac diei quadrantis esse, de quovis Circulo (*Lunæ-Solari*) annorum XIX, abundant unica hora, & CCCCLXXXV minuta, sicuti jam exposuimus. Quo modo inter Cardinem anni unum & alterum intercedet spacium XCI dierum, ac septem horarum cum dimidia; ita, ut cognito uno anni Cardine, ec-

quo

(o) Vide minutatim prosequentem R. *Maim.* infra cap. 10. §. 1. Quæ dubia anni magnitudo, nec veteribus accuratè nota, in computo quoque nostro sacro plurimæ ἀταξίᾳ dedit ansam. Cæteroquin confer Cod. *Erubin*, f. 26.

(p) Sup-

זה יום באיזו שעה היא
תתחיל למנות ממנה
לתקופה השנייה שאחריה
ומן השנייה לשלישית עד
סוף העולם:

ג תקופת ניסן היא
השעה והחלק שתכנס בו
השמש בראש מזל טלה ותקופת
תמוז היות השמש בראש
מזל סרטן ותקופת תשרי
היות השמש בראש מזל
מאזנים ותקופת טבת היות
השמש בראש מזל גדי/
ותקופת ניסן היתה בשנה
הראשונה של יצירה לפי
חשבון זה קודם מולד ניסן
בשבעה ימים ותשע שעות
ושש מאות ושנים וארבעים
חלקים סימנה ז״ט תר׳מב:

ד דרך חשבון התקופה
כך היא תדע תחלה כמה
מחזורין שלמים משנת
היצירה עד המחזור שתרצה
וקח לכל מחזור מהן שעה

ecquo die, & quâ horâ incidat, hinc incipias numerare Cardinem secundum, qui priorem sequitur: atque ab hoc secundo tendas ad tertium, ad finem usque seculi.

§. 3. Cardo (*anni vernus*, *s. Æquinoctium mensis*) Nisan evenit in ea hora ac minuto, quo Sol principium signi Arietis ingreditur. Æstivus (*mensis*) Tammus, quando Sol principium signi Cancri ingreditur. Autumnalis (*mensis*) Tisri, quando Sol in principio signi Libræ versatur. Et hiemalis (*mensis*) Tebeth, quando Sol est in principio signi Capricorni. Cardo verò (*vernus mensis*) Nisan, in anno primo conditi mundi, exstitit, secundum hunc calculum, ante natales (*mensis*) Nisan, diebus VII, IX horis, ac DCXLII minutis, notandis $7,\ \overset{\circ}{9},\ \overset{\prime}{642}$.

§. 4. Ratio verò Cardinum anni dignoscendorum est talis. Primùm adverte, quot ab anno conditi mundi ad desideratum Circulum (*anni Lunæ-Solaris*) sint integri Circuli. Pro quocunque Circulo sume horam unam, & CCCCLXXXV mi-

אחת ותפּה חלקים וקבץ כל החלקים שעות וכל השעות ימים ותגרע מן הכל שבעה ימים ותשע שעות ושש מאות שנים וארבעים חלקים והשאר תוסיף אותו על מולד ניסן של שנה ראשונה מן המחזור יצא לך באי זו שעה ובכמה בחדש תהיה תקופת ניסן של אותה השנה מן המחזור וממנה תתחיל למנות אחד ותשעים יום ושבע שעות ומחצה לכל תקופה ותקופה/ ואם תרצה לידע תקופת ניסן של שנה זו שהיא שנת כך וכך במחזור שאתה עומד בו קח לכל המחזורין השלמים שעה ותפּ״ה לכל מחזור ולכל השנים הגמורות שלמו מן המחזור י׳ ימים ואחת ועשרים שעות ומאתים וד׳ חלקים לכל שנה וקבץ הכל ותגרע ממנו ז׳ ימים ותשע שעות ושש מאות שנים וארבעים

minuta, & è minutis horas, ex horis dies collige. Postea de summa VII dies, IX horas, ac DCXLII minuta subtrahe; residuum autem adjice natali (*mensis*) Nisan anni primi de hoc Circulo. Patebit, ecquâ horâ, ecquo mensis die Cardo vernus (*mensis*) Nisan in hoc Circuli (*Lunæ-Solaris*) anno eveniat. Atque hinc ordire numerando XCI dies, VII horas ac dimidiam, pro quocunque Cardine. Quod si nosse desideras Cardinem (*mensis*) Nisan certi cujusdam anni, qui est hic vel ille in Circulo (*anni Lunæ Solaris*) in quo versaris; pro quocunque Circulo integro sume horam, ac CCCCLXXXV (*minuta*), per totum Circulum distribuenda: pro quibusvis autem annis integris, qui de Circulo isto Lunæ-Solari sunt transacti, X dies, XXI horas, & CCIV minuta, per integrum annum dispergenda: & ope additionis collige omnia in summam unam, à qua VII dies, IX horas ac DCXLII minuta subtrahe

חלקים והשאר תשליכם חרשי הלבנה תשעה ועשרים יום וי"ב שעות ושבע מאות ושלש ותשעים חלקים והנשאר פחות מחרש הלבנה תוסיף אותו על מולד ניסן של אותה השנה ותדע זמן תקופת ניסן של אותה השנה בכמה יום בחרש היא ובכמה שעה: תקופת ניסן לפי חשבון זה אינה לעולם אלא או בתחלת הלילה או בחצי הלילה או בתחלת היום או בחצי היום' ותקופת תמוז לעולם אינה אלא או בשבע שעות ומחצה או בשעה אחת ומחצה בין ביום בין בלילה' ותקופת תשרי לעולם אינה ואלא בתשע שעות או בשלש שעות בין ביום בין בלילה' ותקופת טבת לעולם אינה אלא או בעשר שעות ומחצה או בארבע שעות ומחצה

he; residuum per menses Lunares, XXIX scilicet dies, XII horas ac DCCXCIII minuta divide: ac reliquum, mense Lunari minus, adde natali (*mensis*) Nisan anni ejusdem. Ita advertes tempus Cardinis (*verni, seu mensis*) Nisan hujus anni ecquo die mensis, & quâ horâ eveniat. Æquinoctium (*mensis*) Nisan, vi hujus calculi [p], nunquam, nisi vel in noctis auspicium, vel ejusdem medium incidit, aut in diei exordium, vel ejus meridiem. Cardo (*æstivus s. Solstitium mensis*) Tammus nunquam, nisi vel post septimam horam in dimidiam (*octavam*), vel post primam in dimidiam (*secundam*) diei vel noctis incidit. Cardo (*autumnalis s. Æquinoctium mensis*) Tisri nunquam, nisi circa nonam, aut tertiam horam diei vel noctis contingit. Et Cardinem (*hiemalem, s. solstitium mensis*) Tebeth nunquam nisi post decimam in dimidia (*undecima*), vel post quartam in di-

(p) Supponentis anni magnitudinem traditam in h. c. §. 1. & 2.

(q) Inte-

בין ביום בין בלילה אם
תרצה לידע באי זה יום
מימי השבוע ובאי זו השעה
תהיה התקופה קח שנים
גמורים שעברו משנת היצירה
עד שנה שתרצה והשלך הכל
שמונה ועשרים שמנה ועשרים
והנשאר יותר משמונה ועשרים
קח לכל שנה יום אחד ושש
שעות וקבץ הכל והוסיף עליו
ג׳ והשלך הכל ז׳ז׳ והנשאר מן
הימים ומן השעות תתחיל
למנות מתחלת ליל אחד
בשבת ולאשר יגיע החשבון
בו תהיה תקופת ניסן ולמה
מוסיפין שלשה לפי שתקופה
ראשונה של שנת יצירה
היתה בתחלת ליל רביעי:

ה כיצד הרי שרצינו לידע
תקופת ניסן של שנת תשע
מאות שלשים וארבעת אלפים
ליצורה כשתשליך הכל כ״ח
כ״ח תשאר שנה אחת תקח
לה יום אחד ושש שעות

dimidia (*quinta*) diei aut noctis deprehendes. Quod si nosse cupis, quo septimanæ die, ac quâ horâ quilibet anni Cardo eveniat; annos à condito mundo, ad annum usque desideratum, præterlapsos integros sume: summam per XXIIX divide, ac pro unoquoque anno, qui mediante divisore XXVIII, residuus fuerit, sume diem unum ac sex horas, & cuncta adde. Deinde tres adjice, summam per VII divide, ac residuum dierum horarumque à principio primæ noctis in septimana ordire numerare. Quò enim hic calculus pertingit, ibi Cardo (*seu Æquinoctium mensis*) Nisan habetur. Quare verò tres adjiciunt? quoniam Æquinoctium primum anni conditi mundi in quartæ noctis initium incidebat.

§. 5. Quomodo? Esto, velle nos anni MMMMDCCCCXXX à condito mundo Cardinem (*vernum, s. Æquinoctium mensis*) Nisan dignoscere. Quod si summam per XXIIX diviseris, unus [q] relinquitur annus. Pro isto assume diem ac sex horas, & his

(q) Integer, secundum §. 4. Quamvis enim duo supersunt,

ותוסיף עליו ג' נמצאת
תקופת ניסן בליל חמשי
שש שעות בלילה/ וכשתוסיף
עליה שבע שעות ומחצה
הרי תהיה תקופת תמוז
בשעה ומחצה מיום ה'
וכשתוסיף עליה שבע שעות
ומחצה תהיה תקופת תשרי
בט' שעות מיום ה' וכשתוסיף
עליה שבע שעות ומחצה
תהיה תקופת טבת בד'
שעות ומחצה מליל ז'
וכשתוסיף עליה ש״ז שעות
ומחצה תהיה תקופת ניסן
הבאה בתחלת יום ו' ועל
זו דרך עד סוף העולם תקופה
אחר תקופה:

ו אם תרצה לידע בכמה
יום בחדש תהיה תקופת
ניסן של שנה זו תדע תחלה
באיזה יום מימי השבוע

his tres (*dies*) adde. Notabitur Cardo (*vernus ſ. Æquinoctium menſis*) Niſan in nocte quinta, ejusque hora ſexta. Cui (*termino*), quando VII horas ac dimidiam addideris; Cardo (*æſtivus, ſ. Solſtitium menſis*) Tammus in dimidiam ſecundam diei quinti cadet. Quando & huic VII horas ac dimidiam adjeceris; Cardo (*autumnalis, ſ. Æquinoctium menſis*) Tiſri in nonam horam diei quinti incidet. Quod ſi (*denuò*) ſeptem horas ac dimidiam addideris; Cardo (*biemalis, ſ. Solſtitium menſis*) Tebeth poſt quartam horam in dimidia quinta noctis ſeptimæ prodibit. Si porrô VII horas ac dimidiam adjeceris; Cardo (*vernus, ſ. Æquinoctium menſis*) Niſan obſervabitur in principio diei ſexti. Hoc pacto ſupputes Cardinum ſeriem, ad finem usque mundi.

§. 6. Quod ſi cupis noſſe, in quotum diem menſis, Cardo (*vernus, ſ. Æquinoctium menſis*) Niſan anni hujus incidat; primum dignoſce, in quem diem ſeptimanæ incidat, & in quô die

ſint, alter tamen annus is ipſe eſt, cujus Cardines per hunc computum determinantur.

(r)

תהיה ובאיזה יום יקבעו
ניסן של שנה זו וכמה
שנים גמורים עברו מן המחזור
ותקח לכל שנה אחד עשר
יום ותוסיף על סכום הימים
ז׳ ימים בזמנים אלו והשלך
הכל שלשים שלשים והנשאר
פחות מל׳ תתחיל למנותו
מראש חדש ניסן אם יגיע
ליום התקופה מוטב ואם לאו
הוסיף יום או שני ימים או ג׳
ימים על המניין עד שיגיע
ליום התקופה ואם תהיה
השנה מעוברת תתחיל למנות
מראש חדש אדר שני וליום
שיגיע החשבון באותו היום
מן החדש תהיה התקופה:

ז כיצד הרי שרצינו לידע
בכמה בחדש תהיה תקופת
ניסן של שנת שלשים ותשע
מאות שהיא שנה תשיעית

die mensem Nisan hujus anni initiarint, quot item de (*præsenti*) Circulo anni integri sint præterlapsi. Porrò pro quocunque anno assume XI dies, ac dierum summæ adde, hoc (*nostro*) tempore, VII dies [r] (*alios*). Deinde summam per XXX divide, ac residuum XXX (*diebus*) minus a principio mensis Nisan numera. Quod si diem Cardinis attingit, benè est: sin minus; unum, aut duos vel tres dies numero huic adde, donec ad diē Cardinis pertingat. At, si anno fuerit intercalaris, a principio mensis Adar secundi ordire calculum. In isto vero mensis die, ad quem computus pertingit, Cardo habetur.

§. 7. Quomodo? Esto, velle nos cognoscere, in quonam mensis die habeatur Cardo (*mensis*) Nisan anni DCCCCXXX, qui est nonus Circu-

(r) Quot Maimonidis tempore forte colligebantur dies ex hora ac aliquot minutis, post singulos annos XIX residuis, quorum numerus semper augetur. Adde *Commentatorem* in h. l.

ממחזור ר״ס מצאנו ר״ח ניסן נקבע בה בחמישי ותקופת ניסן בחמישי ולפי שהיתה שנה זו תשיעית למחזור יהיו השנים הגמורות שמנה כשתקח לכל שנה מהן אחד עשר יום יהיו כל הימים שמנה ושמנים תוסיף שבעה הרי הכל חמשה ותשעים תשליך הכל שלשים שלשים נשארו חמשה ימים כשתתחיל למנות חמשה ימים מראש חדש ניסן שהיה בחמישי יגיע החשבון ליום שני וכבר ידענו שאין התקופה בשני בשבת אלא בחמישי לפיכך תוסיף יום אחר יום עד שתגיע לחמישי שהוא יום התקופה נמצאת תקופת ניסן בשנה זו ביום שמיני מחדש ניסן ועל הדרך הזאת תעשה בכל שנה ושנה:

li (*Lunæ - Solaris*) CCLX. Deprehendimus mensis Nisan initium in quintum hoc anno diem esse fixum, pariterque Cardinem (*vernum, seu Æquinoctium mensis*) Nisan in quintum diem esse collocatum. Quandoquidem verò hic annus Circuli hujus est nonus, octo erunt anni integri. Quod si igitur pro quocunque anno assumseris XI dies; summa dierum XXCIIX producitur. Adde VII, & junctim sumti dabunt XCV; quibus per XXX divisis, dies relinquuntur quinque. Quod si ab initio (*mensis*) Nisan, seu quinto die (*septimanæ*), hos V dies numeraveris, calculus hic ad diem secundum pertingit. Novimus autem, quod nunquam hunc anni Cardinem inchoent in secundo septimanæ die, sed in quinto. Vnde unum diem post alterum adde, donec quintum diem assequaris, Cardinis sedem. Deprehenditur adeo Cardo hujus anni (*vernus mensis*) Nisan in die octavo ejusdem mensis. Atque hanc ipsam in quocunque anno sequere viam.

§. 8. Diem

ח זה שאמרנו תוסיף יום אחר יום עד שתגיע ליום התקופה לעולם לא תהיה צריך להוסיף אלא יום אחד או שנים או שלשה ופלא גדול הוא שתהיה צריך להוסיף ד׳ ימים ואם מצאת שאתה צריך להוסיף יום על זה תדע שטעית בחשבון ותחזור ותחשב בדקדוק:

§. 8. Diem unum post alterum esse adjiciendum, usque dum diem Cardinis assequaris, diximus. Nunquam verò necesse habes, ut plures, quam I, II aut III dies adjicias. Magnam omninò admirationem moveret, si quando quartum quoque superaddere diem fuerit necesse. Quod si igitur deprehendes, necessario alium quoque diem superaddi debere; scito, te errorem in calculo admisisse: quem denuo, at accuratius aggredere.

פרק עשירי

CAPUT X.

א שנת החמה למי שהוא אומר שהוא פחותה מרביע מחכמי ישראל יש מי שאומר שלש מאות וס״ה יום וחמש שעות ותשע מאות שבעה ותשעים חלקים ושמנה וארבעים רגע והרגע אחד מששה ושבעים בחלק ולפי חשבון זה תהיה תוספת שנת החמה על שנת הלבנה

§. 1. Annum Solarem, inter Iudæos Doctores, assignantes anno intervallum quadrante diei minus, est, qui asserit, CCCLXV diebus, V horis, CMXCVII minutis, ac XLIIX momentis absolvi. Est verò momentum pars septuagesima sexta minuti. Secundum hunc igitur calculum, incrementum anni Solaris, quo Lunarem superat, erunt X dies, XXI horæ, CXXI

mi-

עשרה ימים ואחת ועשרים שעה ומאה ואחד ועשרים חלק ושמנה וארבעים רגע סימן להם י׳כ״א קכ״א מ״ח ולא תמצא תוספת במחזור של תשע עשרה שנה כלל אלא בכל מחזור מהם ישלמו שני החמה עם שני הלבנה הפשוטות והמעוברות:

ב בין כל תקופה ותקופה לפי חשבון זה אחד ותשעים יום ושבע שעות וחמש מאות ותשעה עשר חלקים ואחד ושלשים רגע סימן להם צ״א ת״ק י״ט ל״א וכשתודע תקופה מן התקופות אימתי

minuta, & XLIIX momenta. notanda 10, 21°, 121', 48''. Nullum verò prorsus excessum s. superfluum [s] in Circulo (*Lunæ - Solari*), qui est XIX annorum, deprehendes: verum, cum quovis Circulo (*Lunæ - Solari*) anni Solares & Lunares, tam vulgares, quam intercalares terminantur unà [t].

§. 2. Cardines [u] anni quoscunque, ad hujus calculi ductum, intercedunt XCI dies, VII horæ, DXIX minuta, ac XXXI momenta, notanda 91, 7°, 519', 31''. Quando igitur ullum aliquem ex Cardinibus noveris, quo con-

(s) Vid. supra, cap. 6. §. 10. cap. 9. §. 2. (t) Suppositâ scilicet modò memoratâ magnitudine, Doctioribus tamen (quales Astronomos habemus) haut probatâ. Supponit enim R. *Maimon.* 997. minuta ac 48. momenta, quæ vocat; quæ tamen magnitudinem anni Astronomici, 48. minuta prima & 40. circiter secunda comprehendentem, excedunt integris 120. minutis Iudaicis ac 40. momentis; ceu liquet, quando, utriusque generis minutis inter se collatis, eandem proportionem inter 2920. ac quartum terminum desideratum sciscitaris, quem inter 3630. & 82080. an-

היתה תחשוב מאותו רגע מניין זה ותדע תקופה שאחריה על הדרך שבארנו בתקופת השנה שהיא רביע:

ג תקופת ניסן לפי חשבון זה היתה בשנה ראשונה של יצירה קודם מולד ניסן בתשע שעות ושש מאות ושנים וארבעים חלקים סימן להם ט׳ תרמ״ב וכן היא לעולם בכל שנה ראשונה של כל מחזור קודם מולד ניסן בתשע שעות ושש מאות ושנים וארבעים חלקים:

ד כשתדע תקופת ניסן של שנה ראשונה מן המחזור תחשוב ממנה אחד ותשעים יום ושבע שעות וחמש מאות ותשעה עשר חלקים

contingat tempore; ab isto momento numerum hunc supputa: & intelliges sequentem Cardinem, eo prorsus modo, quem de Cardine, cujus (*excessum*) quadrantem diei diximus, (*determinando*) explicavimus.

§. 3. Cardo (*vernus, s. Æquinoctium mensis*) Nisan in anno primo conditi mundi, vi hujus calculi, foret ante natales mensis Nisan, post horam nonam in DCXLII minuto, signando $\overset{o}{9}$, 642. Atque ita contingit perpetuo in quovis anno primo Circuli cujuscunque, ante Natales mensis Nisan, post horam nonam in minuto DCXLII.

§. 4. Quando verò noveris Cardinem (*vernum, s. Æquinoctium mensis*) Nisan, in anno primo Circuli (*Lunæ-Solaris*); ab isto XCI dies, VII horas, DXIX minuta, ac

annotaveras. Productus enim numerus 876. *Maimonidis* conatus eludit, Circulum Lunæ-Solarem *invadens*.

ואחד ושלשים רגע לכל תקופה ותקופה עד סוף המחזור:

ה אם תרצה לידע מתי תהיה תקופת ניסן לפי חשבון זה תדע תחילה שנים גמורות שעברו מן המחזור ותקח לכל שנה מהן תוספת והיא יכ״א קכ״א מ״ח וקבץ כל הרגעים חלקים וכל החלקים שעות וכל השעות ימים כדרך שתחשב במולדות ותגרע מן הכל תשע שעות ושש מאות ושנים וארבעים חלקים והנשאר תשליך חדשי לבנה והנשאר שאין בו חדש לבנה תוסיף אותו על מולד ניסן של אותה שנה וברגע שיגיע המנין בו תהיה תקופת ניסן של אותה שנה:

XXXI momenta pro singulis Cardinibus numerabis ad finem usque hujus Circuli.

§. 5. Quod si nosse cupis, ecquando sit initium Cardinis (*verni, seu mensis*) Nisan, ad ductum hujus calculi: primum dignosce annos, qui præterlapsi sunt de hoc Circulo, integros. Deinde pro quocunque anno istorum recipe incrementum [u] 10, 21°, $121'$, $48''$, ac è momentis minuta, è minutis horas, ex horis dies collige; eo prorsus modo, quo supputasti (*annorum, mensiumve*) natales. De summa subtrahe IX horas, ac DCXLII minuta. Reliquum per menses Lunares divide, ac residuum, quod mensem Lunarem (*integrum*) non conficit, natali (*mensis*) Nisan anni istius adde. In isto enim momento, ad quod calculus pertingit, est Cardo (*vernus, seu Æquinoctium mensis*) Nisan anni memorati. §. 6. Vi-

καιτέρησι definituri, cui describendo ne quidem 3400. anni ingeniosissimo *Francisco Vietæ* suffecerunt. Confer, quæ notavimus ad cap. 1. §. 1. cap. 6. §. 11. (u) Vid. supra cap. 6. §. 10. cap. 9. §. 2.

ו ונראין לי הדברים שעל חשבון תקופה זו היו סומכין לענין עיבור השנה בעת שבית דין הגדול מצוי שהיו מעברין מפני הזמן או מפני הצורך לפי שחשבון זה הוא האמת יותר מן הראשון והוא קרוב מן הדברים שנתבארו באיצטגנינות יותר מן החשבון הראשון שהיתה בו שנת החמה שלש מאות וחמשה וששים יום ורביע יום:

ז וחשבון שתי תקופות האלו שבארנו דרכם הכל בקירוב הוא ובמהלך השמש האמצעי לא במקומה האמתי אבל במקום השמש האמתי תהיה תקופת ניסן בזמנים אלו בכמו שני ימים קודם שתי התקופות שיוצאין בחשבון זה בין בחשבון מי שחשב רביע

§. 6. Videtur verò mihi, quod in negocio intercalandi anni, hunc calculum (*determinandorum anni*) Cardinum ſint ſequuti, quo tempore Synedrium maximum adhuc durabat: quia intercalabant vel temporum ratione adducti, vel ex neceſitate rei. Hic enim calculus veritati magis eſt conſentaneus, variisque in Aſtronomia explicatis aſſertionibus aptior calculo priore, qui annum Solarem dierum CCCLXV, ac diei quadrantis ſupponit.

§. 7. Coeterum calculus duplices hos (*anni*) Cardines, quorum rationem expoſuimus, indagandi, totus eſt vero ſaltem quàm proximè vicinus: motui enim Solis medio accomodatus eſt, non loco ejus vero. At, ſi ſecundum verum Solis locum proceſſeris, anticipabit Cardo (*menſis*) Niſan, in temporibus hisce, duobus circiter diebus duplices iſtos Cardines, qui prodeunt juxta hunc calculum: ſive iſtorum ſequaris calculum, qui quadrantem

in-

יום גמור בין למי שמחשב לפחות מרביע יום׃

integrum diei anno annumerant; sive istorum, qui minus quadrante diei intervallum anno assignant.

עד כאן
יהי שם ה׳ מבורך
מעתה ועד עולם׃

Tantum hactenus.

S. D. G.

01 A 6516

ULB Halle 3
002 933 25X

f
56-

Hi. 89.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-508922-p0125-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-508922-p0126-8

בשש

11

קידוש החודש
SEV
NOVILVNII INITIATIO,
QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO;
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. GVILIELMO HENRICO,
DVCE SAXONIÆ, IVLIÆ, CLIVIÆ AC MONTIVM, ANGARIÆ ITEM ET GVESTPHALIÆ, RELIQVA,
ad mentem Talmudiſtarum,
pro
Feſtis Judæorum determinandis, parandôque ipſorum Calendario,
è
R. MOSE MAJMONIDE,
ſpeciminis loco tranſtulit,
&,
PRÆSIDE
IOHANNE ANDREA DANZIO,
SACRARVM AC RELIQVARVM LINGVARVM ORIENTALIVM PROFESSORE PVBL. ORDINARIO, AC FACVLTATIS PHILOSOPHICÆ SENIORE GRAVISSIMO,
Dn. Præceptore, ac Hoſpite ſuo ſubmiſsè colendo,
publicæ eruditorum ventilationi
ſubmittit
AVTOR RESPONDENS
HENNINGVS BERNHARDVS VVITTER,
HILDESIENSIS SAXO.
Ad diem 21. Iulii, Anni 1703.
In Auditorio Majori.

IENÆ, SVMTIBVS BIELCKIANIS,
Literis NISIANIS, Imprim. HEIN. BEYER.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-508922-p0127-4